# SPECIALIA LOCA NATALIA

## PLANTARUM NONNULLARUM VASCULARIUM

## & CHARACEARUM & LICHENUM

IN

## AGRO ARCTICO NORVEGIÆ CONFINIISQUE

## SPONTE NASCENTIUM

OBSERVAVIT

**J. M. NORMAN.**

1868 (mense Majo).

# I. VASCULARES.

## DICOTYLEDONES.

### RANUNCULACEÆ.

1. THALICTRUM KEMENSE, Fr.

Hab. qvoqve juxta *Tanaelv* latere *Fennico* prope *Vætzætsjnjalbme*.

3. BATRACHIUM CONFERVOIDES, Fr.

Hab. qvoqve in parochia *Throndenæs* in lacu prope *Nipen;* in tractu *Tromsöensi* ad cacumen alpis *Flöifjeld* in parvulo stagno ad marginem nivis perennis, ubi tempore autumnali florens visum est; in *Alten* infra *Reipas*, ut videtur (sterile visum); in *Varangria meridionali* ad *Pasvigelv* inter *Klostervand* & *Goalsejavre* nec non in Bagjajavre; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad *Sjuosjavre* in flumine prope hospitium.

3b. BATRACHIUM HETEROPHYLLUM, Fr.

Hab. nov. civis Floræ arct. Norv. in *Maalselven* in rivulo prope *Sætermovandene* convallis *Bardu*, unde pastor *Ellefsen* summitatem solam speciminis florentis misit, qvod huic speciei vix dubie adnumerandum est.

4. BATRACHIUM PELTATUM, Fr.

Hab. qvoqve in *Porsangria* in lacu fluminis *Stabursely*, ut videtur (sterile visum); in *Varangria meridionali*, ubi ut pabulum gratum a bovibus mire devoratur, secus flumen *Pasvigelv* in *Fuglebugten* lacus *Goalsejavre* copiosissime, in *Bossojavre* parcius, in *Gaddeluobal* parce, in *Vagetimjavre* latere qvidem *Rossico* prope *Savasuolo;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore in parte suprema fluminis *Jesjok* infra lacum *Sjuosjavre*, in qvo ipso copiosissime

adesse dicitur. Pluribus locis hujusce agri Batrachia sterilia nimis inevoluta, ut speciem dignoscere non valuerim, sic ex. gr. in flumine *Reisenelv* parochiæ *Skjervö*, in lacu supra mare elevatiore *Lappojavre, Finmarkiæ interioris* vidi.

5. RANUNCULUS GLACIALIS, L.

Hab. qvoqve in *Bejeren* in alpe prope *Arstaddal*; in *Ofoten* in *Lillelaxetind*; in *Sör-Reisen* in *Middagsfjeld* & in alpibus prope *Östgaard* convallis *Gumpendal*; in *Maalselven* in alpibus *Istinderne*, in cujus cacumen altius qvam ceteræ Phanerogamæ adscendit; nec non in insula *Seiland* in alpe *Hönsebyfjeld* (latit. bor. 70° 30—31).

6. RANUNCULUS REPTANS, L.

Hab. qvoqve in *Throndenæs* ad *Lysvand* intra prædia *Skaanland*; in *Skjervö* ad *Kjelderen* & *Bergskoven* convallis *Reisen*; in *Varangria meridionali* secus *Pasvigelv* ad *Klostervand*, ad cataractam inter hunc lacum & *Goalsejavre*, ad *Gaddeluobal*, nec non latere *Rossico* ad insulam *Savasuolo* lacus *Vagetimjavre*, infra radicem alpis *Galgoaive*, ad insulam *Store-Menikasö*; præterea in Finmarkia continentali interiore juxta flumen *Altenelv* ad *Spjerkojokka* paullo infra terminum Betulæ, ad *Masi*, ad *Duogasjemoske*; ad lacus montanos *Lappojavre* & *Sjuosjavre*; juxta flumen *Karasjok* ad *Beskinjarga*, inter pagum *Karasjok* & *Dafteroavve*, ad *Mannevarrenjarga*; juxta partem superiorem fluminis *Tanaelv* ad *Holmen*. In *Börselv Porsangriæ* ad ripas stagni infra alpem *Silfavarre* siti forma sterilis foliis p. p. in laminam anguste lanceolatam longe petiolatam ornata adest, in *R. Flammulam* vergens.

7. RANUNCULUS LAPPONICUS, L.

Hab. species, qvam juxta *Anarjok* ut locum specialem unicum Norvegiæ antehac indicavi, qvoqve in *Varangria meridionali* juxta *Pasvigelv* ad *Klostervand* quum ad paludem vastam ex adverso insulæ *Menikasö* passim, tum prope prædium *Svanvig* (circa 500 pass. septentrionem versus extra sepes), ubi *Listera cordata* & *Nardosmia frigida* sociæ ejus sunt.

8. RANUNCULUS HYPERBOREUS, Rottb.

Hab. qvoqve in *Skjervö* ad Kjelderen convallis *Reisen* copiose, ad *Norbotten* sinus *Kvænangen*; in *Porsangria* inter *Valdak* & *Stabursnæs* & ad latus boreale rivi *Stabursely*; in *Varangria boreali* ad *Paddeby*; in *Varangria meridionali* juxta partem inferiorem fluminis *Neidenelv* suo

loco copiose; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta flumen *Karasjok* ad loca adusta (!) inter pagum & *Dafteroavve*. In jugo *Seidafjeld* loco 7—800 ped. supra mare elevato occurrit.

9. RANUNCULUS AURICOMUS, L.

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* Nordlandiæ meridionalis ad *prædium pastoris*, ad *Dal*; in insula *Hadselö Vesteraaliæ*; in *Throndenæs* ad *prædium pastoris*; in insula *Senjen* ad *Gibbostad*; ad prædium pastoris *Tranö*; in *Maalselven* ad *Bangen* convallis *Bardu*; juxta sinum *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*; in *Varangria meridionali* ad littora maris prope *Elvenæs*; præterea in *Finmarkia* continentali interiore juxta *Karasjok* ad *Oadsessanjarga*.

9b. RANUNCULUS NIVALIS, L.

Planta, in alpibus nive perenni v. subperenni gaudentibus per magnam partem territorii frequenter occurrens, qvoqve infra terminum Betulæ habitat ex. gr. in *Maalselven* juxta *Beinelv* ad fundum ipsum convallis in margine pratorum a natura procreatorum, qvæ qvotannis metuntur, nec non in jugo montano humiliore *Finmarkiæ interioris* prope *Jotkajavre*, sed notandum est, utroque loco congeries nivis per longum tempus æstatis perdurare.

9c. RANUNCULUS FICARIA, L.

Hab., antehac unico loco Nordlandiæ indicatus, qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr* & ad *Gjeldstad* infra rupes v. clivos, ubi nix per hiemem accumulatur.

10. CALTHA PALUSTRIS, L. *VAR. RADICANS.*

Hab. qvoqve in *Throndenæs* inter *Skaanland* & *Nipen*; nec non ad *Komagfjord Finmarkiæ Altensis*.

11. ACONITUM SEPTENTRIONALE, Köll.

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* inter prædium pastoris & *Skovvold* frequenter, tam ad radices montium qvam in vicinia littoris maris; luxurians per totam convallem *Bejeren* ad radicem alpium freqventer copiosissime, ad *Arstadaasen* adscendens ad terminum Betulæ; in *Meraftenklumpen* singillatim etiam altius supra hunc; in *Ofoten*, ubi a me prius indicatum, qvoqve ad tractum prædii *Lerosen* & convallem intrajacentem, in alpe *Laxetind* etiam statione hac maxime septentrionali usque ad ipsum terminum Betulæ adscendens.

12. ACTÆA SPICATA, L.

Hab. qvoqve per convallem *Bejeren* ex. gr. supra *Solö*

& *Muldjord*, ad *Seglfjeld*, ad *Arstadaasen*, supra *Heming-hyt*; in *Hadselö Vesteraaliæ* prope *Melbo* altius qvam 500 ped. supra mare adscendens; in *Kvæfjordeidet* prope *Röd-muldheien*, ibi qvoqve altius supra mare; in *Ofoten* ad *Eve-næs*; in *Maalselven* ad *Akka*, ad partem interiorem convallis supra *Nergaard*, supra *Överby*, ad radicem alpis *Blaa-bjerg* convallis lateralis longius protracti *Bardu*.

## NYMPHÆACEÆ.

14b. NUPHAR INTERMEDIUM, *Ledeb.*

Hab. nov. civis Flor. arct. Norv. in *Finmarkia continentali* interiore ad tractum pagi *Karasjok* sc. in parvulo lacu v. stagno infra alpem *Dafteroavve* (latit. bor. c. 69° 17—19).

## PAPAVERACEÆ.

15. PAPAVER NUDICAULE, *Rottb.*

Hab. qvoqve in *Maalselven* ad alpes *Langfjeldene* prope *Beinelv* parce altitudine c. 800 ped. supra terminum Betulæ. Erronee hanc plantam in Ind. suppl. arct. Norv. a me in Finmarkia primum lectam dixi.

15b. CORYDALIS FABACEA, Pers.

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris*; in *Hadselö* prope *Melbo* altius qvam 400 ped. supra mare adscendens; in *Kvæfjordeidet* prope *Rödmuldheien*; in *Sör-Reisen* supra *Östgaard* convallis *Gumpendal*; in *Maalselven* ad radicem alpium *Vasbrönden* & *Rostafjeld*, ad clivos supra *Nergaard* nec non in parte interiore convallis *Bardu* ad radicem alpis *Blaabjerg* copiose, ubi sociæ ejus *Paris* & *Polygonalum verticillatum*, ut vulgo, unacum *Bartsia alpina* & *Sedo Rhodiola*.

15c. FUMARIA OFFICINALIS, L.

Hab., antehac sat dubia civis Flor. arct. Norv., in *Bejeren* ad agros prædii *Arstad*; prope *Bodö*; nec non in *Throndenæs* ad prædium *Lille-Skaanland*, ubi latit. bor. attingit c. 68° 35.

## CRUCIFERÆ.

16. NASTURTIUM PALUSTRE, DC.

Hab. qvoqve in *Maalselven* inter *Fredriksberg* & *Myre*, ad *Nordmoen*; in *Varangria meridionali* ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*; nec non in *Finmarkia conti-*

*nentali* interiore juxta *Karasjok* ad *Oadsessanjarga* ut forma luxurians procumbens.

17. BARBAREA STRICTA, Fr.

Hab. qvoqve in *Kvæfjord* ad loca elevatiora clivorum prope *Vig & Vogteren;* in *Maalselven* ad *Bakkehoug,* ad *Skjeggenæs;* in *Varangria meridionali* ad *Elevenæs,* ad cataractam inter *Goalsejavre & Bossojavre,* nec non latere *Rossico* prope pagum Lapponum ad *Bagjajavre;* secus *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Masi.* Ut videtur, frequentior in tractibus magis borealibus Norvegiæ arcticæ qvam in meridionalibus a me visitatis.

18. ARABIS HIRSUTA, *L.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Dal* copiose; in *Bejeren* supra *Solö & Muldjord,* ad *Arstadaasen,* ad *Troelid;* in *Ofoten* ad *Lidland,* ad *Lidlandskaret,* ad *Evenæs;* in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig & Vogteren* copiose, in *Throndenæs* ad *Harstadhavn,* prope *Lysvand* intra *Skaanland;* in insula Rollen prope *Havnvig;* in *Salangen* prope *Övre-Vand,* prope *Krogen;* in insula *Senjen* ad *Solberg,* ad *Renlidkollen;* in *Sör-Reisen* ad *Finsæt,* ad *Dybvaag;* in *Maalselven* inter *Storbakken & Sollid;* in insula *Hukö* (c. 70° 1); in *Porsangria* ad partem inferiorem convallis *Börselv,* ubi latit. bor. 70° 18—20 attingit.

18b. ARABIS THALIANA, *L.*

Hab. nov. civis Flor. arct. Norv. in insula *Hadselö* ad clivos supra *Melbo,* ad radicem alpis *Husebykollen,* attingens latit. bor. c. 68° 30.

19. CARDAMINE BELLIDIFOLIA, *L.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad *Laxetind;* in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld,* ad alpes prope *Östgaard* convallis *Gumpendal;* in *Maalselven* ad alpem *Mauken;* in *Seiland* ad *Hönsebyfjeld.*

20. CARDAMINE PRATENSIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand;* in *Kvæfjord* supra *Vig & Vogteren;* in prædio pastoris *Tranö;* in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen;* in *Lenvig* prope *Finfjordvand;* in *Maalselven* ad *Baadkjosmoen* copiose; ad *Nordmoen,* ad *Kirkesnæs,* ad *Stormoen* convallis *Bardu;* in insula *Tromsö;* in *Skjervö* ad *Vinnelys* convallis *Reisendal,* in *Hukö;* in parochia *Hammerfest* ad partem infimam convallis *Riper-*

*fjorddal,* ad jugum alpinum vastum inter hanc & *Russemark Porsangriæ;* ad *Repvaag Porsangriæ* in alpes adscendens supra terminum Betulæ; in *Varangria meridionali* juxta *Pasvigelv* ad *Gaddeluobal,* nec non latere *Rossico* prope *Galgoaive;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* prope templum *Masi.* Propaguliferis foliis (cfr. Bot. Not. 1865 p. 25) qvoqve in *Maalselven* ad *Nordmo,* in insulis *Tromsö* & *Seiland* observata est.

21b. ERYSIMUM CHEIRANTHOIDES, *L.*

Hab. qvoqve per convallem *Bejeren* a prædiis *Arstad* & *Solö* inde ad *Heminghyt* & *Troelid* copiose in agris; nec non in *Ofoten* ad *Sommervig* & *Evenæs* parce, ubi attingit latit. bor. 68° 27—29.

22. ERYSIMUM HIERACIFOLIUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad radicem alpis *Seglfjeld,* supra *Solö* & *Muldjord,* prope *Heminghyt;* in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lidlandskaret,* intra *Evenæs;* in *Hadselö* ad *Melbo;* in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren;* in *Throndenæs* ad *prædium pastoris,* inter *Skaanland* & *Lysvand;* in *Salangen* prope *Övre-Vand,* ad *Krogen;* in *Sör-Reisen* ad *Dybvaag,* ad montem *Bærkollen,* ad clivos supra *Finsæt;* in *Maalselven* in præruptis montis *Akka,* ad radicem alpis *Blaabjerg* in *Bardu;* in *Porsangria* luxurians inter ostium fl. *Börselv* & *Hestenæsset* (70° 18—20); in *Varangria boreali* ad *Flintenæsen* prope *Jakobselv;* præterea ad fines *Finmarkiæ continentalis* interioris ad *Spjerkojokka.*

22b. DRABA NIVALIS, *Liljebl.*

Hab. qvoqve rarior hujusce territorii in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Gumpendal;* nec non, ut videtur (specimina marcida autumno serotino visa), in *Porsangria* ad alpes prope *Laxevandene* (*Skovanvarre*).

22c. BRAGA ALPINA, Sternb.

Hab. rarissima Scandinaviæ in parte exteriore convallis *Beieren* ad radicem montium supra *Muldjord* & *Solö,* socia *Epipontidis latifoliæ,* ad radicem alpis *Arstadaasen,* utroque loco in solo calcareo & infra terminum Pini (latit. bor. c. 66° 59); in *Maalselven* ad latera alpis *Rostafjeld* supra terminum Betulæ in schistis micaceis nascens (lat. bor. c. 68° 55); nec non in *Skjervö* in insula *Hukö* infra terminum Betulæ solo calcareo, ibi latit. bor. 70° ægre transgrediens.

23. THLASPI ARVENSE, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, ad *Heminghyt*; in *Ofoten* ad tractum prædii *Lidlandskaret*. In insula *Tromsö* & locis magis septentrionem versus positis tantummodo adventitia rarior, altero anno apparens, altero disparens, nec, meo sensu, ut civis horum locorum Floræ considerandum.

24. CAKILE MARITIMA, *Scop.*

Hab. qvoqve ad *Kjöllefjord Finmarkiæ orientalis* (latit. bor. c. 70° 57).

25. SINAPIS ARVENSIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*, in insula *Skjervö*; in Alten ad *Storjordet* & alibi in agris visa, ibi ut locis pluribus aliis forsitan ut adventitia consideranda.

26. BRASSICA CAMPESTRIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*; in insula prædii pastoris *Tranö*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*; in *Maalselven* ad *Nordmoen* (1865); in insula *Senjen* ad *Gibbostad*; in *Skjervö* ad *Vinnelys* convallis *Reisendal*.

27. SUBULARIA AQVATICA, *L.*

Hab. qvoqve in *Skjervö* ad *Bergskoven* convallis *Reisendal*; in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv* ad *Elvenæs*, ad cataractam inter *Vagetimjavre* & *Bagjajavre* (lacum lacui *Enare* proximum), nec non latere *Rossico* tractu alpis *Galgoaive*.

## DROSERACEÆ.

27b. DROSERA ROTUNDIFOLIA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand*, inter *Heminghyt* & *Troelid*, in jugo supra *Heminghyt*; prope *Bodö*; in *Ofoten* intra *Lerosen*; in *Kvæfjord* intra *Vig* & *Vogteren*, in insula *Kvæö*; in insula *Senjen* ad partem interiorem convallis *Laxelv*, tractu prædii *Gibbostad* frequenter, ad *Hegvand* & *Lysbottenvand* copiose; in *Lenvig* prope *Finfjordvand*; in *Maalselven* ad *Elvskiftningen* & alibi; in insula *Tromsö* & ad continentem adjacentem; in *Varangria meridionali* in jugo prope *Elvenæs* termino Betulæ appropinqvans, juxta *Klostervand* ad paludem vastam ex adverso insulæ *Menikasö*.

27c. DROSERA LONGIFOLIA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand*, in jugo supra *Heminghyt* & supra *Troelid*; in *Ofoten* intra *Evenæs*; in

*Kvæfjordeidet* & in insula *Kvæö*; in *Salangdal* prope *Krogen*; ad *Harstadhavn*; in *Sör-Reisen* prope *Sörfosbogen*; in insula *Senjen* ad partem interiorem convallis *Laxelv*, circa *Gibbostad* frequentius, in alpibus prope *Lysbottenvand* termino Betulæ appropinqvans; in *Lenvig* prope *Finfjordvand*; in *Maalselven* ad *Foslid*, juxta *Beinelv*; in insula *Tromsö*; in *Alten* ad alpem *Borras* supra terminum Betulæ adscendens; in *Laxefjord Finmarkiæ orientalis* prope *Veinæs*; in *Varangria meridionali* prope *Elvenæs* termino Betulæ appropinqvans.

### VIOLARIEÆ.

28. VIOLA PALUSTRIS, *L*.

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, ad *Troelid*, in *Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ adscendens; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*, in *Laxetind* supra terminum Betulæ; in *Kvæfjordeidet* prope *Rödmuldheien*; in *Throndenæs* intra *Skaanland*; in *Salangen* prope *Lund*; in insula *Senjen* ad *Laxelv*, ad *Gibbostad*, prope *Lysbottenvand* in alpes ad viciniam termini Betulæ adscendens, ad *Græsmyrskoven*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad *Hestö*, in *Gumpendal* in alpes supra terminum Betulæ adscendens; in *Maalselven* ad *Fleskemoen*, ad *Aasen*, inter *Rognmo* & *Bakkehoug*, in alpem *Mauken* supra terminum Betulæ adscendens; in insulis *Skjervö* & *Hukö*; ad *Komagfjord* & *Lille-Lærrisfjord*; in *Porsangria* ad *Repvaag*.

29. VIOLA SVECICA, *Fr*.

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Troelid*; in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Ofoten* prope *Lidland*; in *Kvæfjordeidet*; in *Salangen* prope *Lund*; in insula prædii pastoris *Tranö*; in insula *Senjen* ad *Laxelv*, ad *Kvanaas*, ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Lenvig* inter *Finfjordvand* & *Renvand*; in *Sör-Reisen* prope *Tömmervigvand*, ad *Sörfosbogen*; in *Maalselven* ad *Lerbekmo*, ad *Guldhav*, ad *Fleskemoen*, ad *Bakkehoug*, ad *Nordmoen*, ad *Stormoen* convallis *Bardu*; in insula *Tromsö*; in *Skjervö* ad partem superiorem convallis *Reisendal*, in insula *Hukö*; in præfectura *Alten* ad *Nedre Alten*, ad *Talvig*, ad *Komagfjord*, ad *Lille-Lærrisfjord*; in *Varangria meridionali* juxta flumen *Pasvigelv* ad *Elvenæs*, ad *Klostervand* in palude ex adverso insulæ *Menikasd*, ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*, ad flumen intra lacum intimum *Bagjajavre*, nec

non latere *Rossico* in *Store-Menikasö*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ad tractum templi *Masi*, ad jugum inter *Gætkasjduodar* & *Liuosjavre*, juxta flumen *Karasjok* ad *Beskinjarga* copiose, ad *Nitomokke*, ad *Nitomokkejogasj*, nec non infra radicem alpis *Dafteroavre*.

29b. VIOLA MIRABILIS, *L.*

Hab., antehac pro *Saltdalen* indicata, qvoqve in convalli *Bejeren* supra *Muldjord* & *Solö* copiose, ad radicem alpis *Seglfjeld*, ad *Arstadaasen*, ad clivos prope *Heminghyt*, ad *Troelid*; nec non in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris* & ad *Indyr* copiose.

29c. VIOLA ARENARIA, *DC.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad *Sommervig*, ad *Evenæs*; in *Salangen* ad alpes prope *Lund* supra terminum Betulæ copiose nascens nunc grandiflora nunc parviflora fl. albo; in *Maalselven* ad partem superiorem convallis *Dividal* sc. ad cataractam inter *Sörlid* & *Frihedslid* copiose; in *Flöifjeld* prope *Tromsö* supra terminum Betulæ parcissime visa; in Alten ad radicem alpis *Sakkabani*, ad *Storvigsnæs*; in insula *Hukö*, ubi latit. bor. 70° ægre transgrediens; nec non ad limitem *Finmarkiæ continentalis* interioris prope *Spjerkojokka*.

29d. VIOLA SYLVATICA, *Fr.*

Hab., semper ut forma grandiflora, ubi florigera observata est, in *Bejeren* ad *Solö*, ad *Arstadaasen*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Sommervig*; in *Kvæfjord* in insula *Kvæö*, in *Kvæfjordeidet* prope *Rödmuldheien*; in *Throndenæs* ad *Lille-Skaanland*; in insula *Rollen* prope *Ibbestad*; in *Sör-Reisen* inter *Gottesjord* & *Tömmervig*.

30. VIOLA TRICOLOR, *L.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr* in arvis; in *Ofoten* ad clivos graminosos supra *Lidland* & *Lidlandskaret* copiose; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*; in insula *Rollen* ad *Ibbestad*; in *Salangen* ad *Sjöveien* in arvis agrisque copiose; in *Sör-Reisen* ad latera superiora montis *Bærkollen* copiosissime; in insula *Senjen* ad *Solberg* & ad parvulam insulam *Havneholmen* prædii pastoris Tranøensis; in *Alten* ad *Storvignæs*.

## SILENEÆ.

31. DIANTHUS SUPERBUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Porsangria* ad *Börselv*; in *Tanafjord*

ad *Lille-Lerpollen*, ubi ad latera schistosa jugi altius qvam 200 ped. supra mare adscendens; in *Varangria boreali* juxta *Jakobselv* ad radices montium c. $^1|_8$ milliar. norv. a littore maris sese removens.

32. SILENE INFLATA, *L.*

Hab. qvoqve in convalli *Bejeren* a *Solö* inde ad *Heminghyt & Troelid;* in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig & Vogteren* copiose; in *Salangen* ad *Sjöveien;* in *Throndenæs* ad prædia *Skaanland* & in agris & extra eos copiose; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen;* in insula *Senjen* ad ostium fl. *Laxelv* ex. gr. prope *Jonsgaard* copiose, ad *Varselvmo* districtus *Græsmyrskoven*, locum c. $^3|_4$ milliar. norv. a littore maris remotum, qvoqve copiose.

33. SILENE MARITIMA, *With.*

Hab. qvoqve in *Hadselö Vesteraaliæ*, in insula prædii pastoris Tranøensis *Havneholmen* dicta; in insula *Senjen* ad *Kvanaas;* in *Sör-Reisen* ad *Dybvaag;* in *Tanafjord* prope *Lille-Lerpollen* ad schistosa siccissima.

33b. SILENE RUPESTRIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad jugum prope *Muldjord & Solö*, ad *Arstadaasen;* in *Ofoten* ad clivos supra *Lidland & Lidlandskaret*, ad latus alpis *Lille-Laxetind* usque ad 1800 ped. supra mare adscendens; in *Kvæfjord*, unde jam a *Gunnero* indicata, in tractu prædiorum *Vig & Vogteren* frequentius, in *Kvæfjordeidet* ad loca a *Rödmuldheien* non remota passim; in insula *Rollen* prope *Ibbestad;* in *Salangen* ad *Krogen*, ad jugum prope lacus *Övre- & Nedre-Vand* passim copiose; in *Sör-Reisen* in montem *Bærkollen* altius qvam 800 ped. supra mare adscendens; in insula *Senjen* ad *Solberg*, ad loca supra *Lysbottenvand* elevatiora a littore remotius, ibi *Ajugæ pyramidalis* socia; in *Maalselven* in parte superiore convallis ad *Nordmo* infra radicem alpis *Mauken*, ad latera montium supra *Nergaard* altius qvam 800 ped. supra ripas fluminis.

34. VISCARIA ALPINA, *Fr.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* in alpibus prope *Arstaddal* parcius; in *Hadselö Vesteraaliæ* in alpe *Husebykollen;* in *Salangdal* ad alpes prope *Moholtet;* in *Maalselven* ad ripas fluminis infra *Nordmo* (infra terminum Cerealium), in alpibus *Mauken & Istinderne* supra terminum Betulæ; in *Skjervö* ad *Hukö* & insulam *Skjervö* in littora

maris descendens; in *Seiland* ad *Hönsebyfjeld;* in *Porsangria* inter *Stabursnæs* & *Valdak;* per totum jugum vastum inter *Lerpollen* sinus *Tanen* & *Nyborg Varangriæ* passim frequentius; in *Varangria boreali* ad *Flintenæsen* prope *Jakobselv;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad *Gamasvarre* intra *Tverelvdalen* Altensem passim copiose, juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka* ad ripas fluminis, ad tractum templi *Masi*, ad *Duogasjmoske*, ubi qvoqve *fl. albo*, porro ad ripas fluminis *Karasjok* ad *Skaida*, ad *Oadsessanjarga.*

35. MELANDRIUM SYLVESTRE, *Röhl.*

*Flore lacteo* in *Maalselven* ad radicem alpis *Mauken* & in *Skjervö* ad insulam Hukø visum est.

36. MELANDRIUM APETALUM, *Fenzl.*

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Östgaard* convallis *Gumpendal*, ad *Middagsfjeld;* nec non in Maalselven ad *Mauken*, ad alpes *Langfjeldene* prope *Beinelv.*

37. LYCHNIS FLOS CUCULI, *L.*

Hab. omnino spontanea a cultis remota in *Ofoten* ad insulam *Ungsmalö* prædio *Lidland adjacentem* (latit. bor. 68° 28–29).

## ALSINEÆ.

38. SPERGULA ARVENSIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren*, ad *Heminghyt* copiose; in *Ofoten* ad *Lidland* & *Lidlandskaret;* in *Kvæfjord* tractu prædiorum *Vig* & *Vogteren;* in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen;* in insula *Senjen* ad *Grönlid* convallis *Laxelv*, ad *Kvanaas.*

39. SAGINA NODOSA, *Fenzl.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* (magis *grandiflora* qvam in littoribus) ad latera montium prope *Muldjord* & *Solö* paullo supra mare adscendens; ad *Bodö;* porro ad littora maris: in *Kvæfjord* prope *Vig* & *Vogteren;* in *Ofoten* ad *Evenæs* & insulam *Ungsmalö;* in *Throndenæs* ad *Skaanland;* in insula *Senjen* prope *Gibbostad;* in parochia *Hammerfest* ad littus occidentale sinus *Riperfjord;* præterea procul littoribus maris ut forma *grandiflora* juxta *Pasvigelv Varangriæ meridionalis* ad ripas lacus *Gaddeluobal* nec non latere *Rossico* in tractu alpis *Galgoaive.*

40. ARENARIA SERPYLLIFOLIA, *L.*

Hab. qvoqve in parte interiore convallis *Bejeren* ad *Troelid;* in *Kvæfjord* ad clivos supra *Vig* & *Vogteren* co-

piose; in *Throndenæs* ad colles inter *Lille-* & *Store-Skaanland.*

41. ARENARIA CILIATA, *L.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad prædium *Dal* prope littora; in *Ofoten,* jam a *I. W. Zetterstedt* lecta, ad rupes littorales copiose, ad *Ungsmalö;* in *Throndenæs* ad *Skaanland;* in *Maalselven* ad ripas fluminis *Divielv* intra *Friheds-lid;* in *Porsangria* ad introitum sinuli *Kulvig,* ad ripas fluminis *Staburselv* prope ostium, ad montem adjacentem. Differentes formas plantæ agri hujusce distinguere non valeo; qvamqvam a „*A. norvegica*" maxime typica forsitan paullo recedentes, tamen omnes huic, ut videtur, adnumerandæ sunt.

41b. ARENARIA TRINERVIA, *L.*

Hab., antehac in *Saltdalen* a *Sommerfelt* lecta, qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen;* in *Salangen* ad angustias jugi prope *Övre-* & *Nedre-Vand;* in *Sör-Reisen* ad clivos rivuli supra *Finsæt* (latit. bor. c. 69° 7); in *Maalselven* ad partem inferiorem convallis tractu prædii *Solid,* ubi latit. bor. c. 69° 9 attingit.

42. LEPIGONUM SALINUM, *Fr.*

Hab. qvoqve in *Throndenæs,* unde id prius indicavi, pluribus locis in tractu prædiorum *Harstadhavn* & *Seljestad;* in insula *Senjen* ad *Stagnæs;* nec non ad parvulam insulam *Havneholmen* prædio pastoris Tranøensis adjacentem, ubi latit. bor. c. 69° 10 attingit.

43. ALSINE STRICTA, *Wg.*

Hab. qvoqve rara herba hujusce agri in cacumine alpis *Silfavarre* convallis *Börselv Porsangriæ* parce, ibi latit. bor. 70° 18—20 attingens. Cum *Wahlenberg* & post eum plures autores huc speciei sepala „*sine ullis nervis*" attribuunt, hoc de plantis exsiccatis fructiferis vix unqvam valet, qvorum sepala nervis elevatiusculis subtribus, lateralibus apicem versus subevanidis notata sunt.

44. ALSINE BIFLORA, *Wg.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad *Laxetind;* in *Salangdal* ad alpes prope *Lund;* in *Sör-Reisen* in alpe *Middagsfjeld;* in *Maalselven* in *Mauken,* in *Kalvehovedet,* in *Langfjeldene* prope Beinelv, in *Istinderne;* in Skjervø ad jugum inter *Rotsundelv* & *Sörkjosen;* in *Börselv Porsangriæ* in *Silfavarre,* ubi latit. bor. 70° 18—20 attingit.

## LINEÆ.

46. LINUM CATHARTICUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejern* ad *Solö* & *Muldjord*, ad *Arstadaasen;* in *Gildeskaal* ad *Indyr*, ad *Dal* copiose; in *Ofoten* ad *Lidland* & *Lidlandskaret;* in *Kvæfjord* tractu prædiorum *Vig* & *Vogteren* copiose; in *Throndenæs* ad *Skaanland* (latit. bor. c. 68° 35).

## GERANIACEÆ.

46b. GERANIUM ROBERTIANUM, *L.*

Hab. nov. civ. Floræ arct. Norv. in *Stegen* ad radicem alpis *Præstkontinden*, unde agronomus *I. Haukland* specimen misit. Loco latit. bor. attingit c. 67° 56.

## HYPERICINEÆ.

46c. HYPERICUM HIRSUTUM, *L.*

Hab. nov. civ. Floræ arct. & rara Norvegiæ in *Bejeren* ad *Arstadaasen*, ubi specimina optime evoluta florigera d. 15to Aug. æstatis infaustæ 1867 legi; nec non in *Gildeskaal* ad radicem jugi supra *Indyr*, ubi non florens sed caulibus marcidis præcedentis anni calyce characteristico etiamtum ornata visa est. Loco ultimo latit. bor. 67° 3–4 attingit. Sic arctica Flora Norvegiæ, si *Hyperica* antehac indicata rite determinata sint, tres species generis hujusce mire numerat.

## OXALIDEÆ.

47. OXALIS ACETOCELLA, *L.*

Hab. qvoqve in convalli *Bejeren* ad *Muldjord*, prope *Solövand* ad radicem alpis *Seglfjeld*, ad *Arstadaasen;* in *Ofoten* ad *Lidland*, ad rupes intra *Evenæs*; in *Hadselö Vesteraaliæ* ad *Melbo* altius qvam 500 ped. supra mare adscendens; in insula *Rollen* ad *Ibbestad;* in *Salangen* prope *Övre-Vand*, ad *Lund* convallis *Salangdal*; in *Sör-Reisen* ad clivos supra *Finsæt;* in *Maalselven* per totam convallem freqventer copiose ad radices jugorum ex. gr. qvoqve ad prædia *Sandnæs*, *Svultenvig*, *Bugten*, *Moen*, ad convallem lateralem *Tagelvdal*, porro ad *Grönlid*, ad *Löberg* altius qvam 500 ped. supra ripas fluminis adscendens, ad *Iselvmo* convallis lateralis *Kirkesdal*, ad *Nordmoen*, ad *Nergaard*, ad *Rostamo*, nec non per convallem lateralem longissimam *Bardu* ad *Brandmo*, ad *Stormoen*, ad radicem alpis *Blaa-*

*bjerg*, ad *Strömsmo*, ad alpem adjacentem *Rubben* partis intimæ convallis supra terminum Pini adscendens, socia *Arabidis alpinæ;* in insula *Tromsö* antehac indicata parcius sed seminibus maturis gaudens. Ut herbæ vernales plures ex. gr. *Circæa alpina* & *Corydalis fabacea* qvoqve *Oxalis* præcipue in filicetis agri arctici sedem figit, ante expansionem perfectam frondis filicum florens, dein ab his inumbrata & occultata, ut vera amplitudo distributionis extra tempus breve veris difficulter cognoscatur.

## TAMARISCINEÆ.

48. MYRICARIA GERMANICA, *Desv.*

Hab. qvoqve in *Maalselven* non solum ad partem inferiorem fluminis *Divielv* sed etiam ad superiorem intra prædium intimum *Frihedslid;* in *Skjervö* ad partem interiorem convallis *Reisendal;* in *Porsangria* ad ostium littorale fluminis *Staburselv;* juxta fl. *Börselv* tam remotius a mari qvam fere ad ostium.

## LEGUMINOSÆ.

49. PHACA FRIGIDA, *L.*

Hab. qvoqve in *Salangdal* ad alpes prope *Lund;* in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld* altius supra terminum Betulæ; in *Maalselven* ad montem *Akka* infra terminum Pini, ad alpem *Kalvehovedet*, ad *Mauken*, juxta *Beinelv* infra terminum Betulæ, ad *Istinderne* item; in *Balsfjord* juxta *Sagvand* infra terminum Pini; in *Skjervö* ad *Vinnelys* convallis *Reisendal;* in *Varangria meridionali* ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad tractum templi *Masi*, ad jugum inter *Lappojavre* & *Gætkasjduodar*, ad rivum lacui *Sjuosjavre* affluentem prope hospitium, juxta *fl. Jesjok* ad *Oudaldas*, juxta fl. *Karasjok* ad *Beskinjarga*, ad *Holganjarg* ad *Nitomokke*.

49b. OXYTROPIS LAPPONICA, *Gand.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen;* in *Salangdal* ad alpes prope *Lund;* in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*, in *Maalselven*, unde antehac non notata, ad *Kalvehovedet*, ad *Langfjeldene* juxta *Beinelv*, ad *Rostafjeld*, omnibus locis supra terminum Betulæ vulgo nascens.

49c. OXYTROPIS CAMPESTRIS, *DC.* β SORDIDA.

Hab. qvoqve in *Varangria meridionali* ad *Bugönæs* copiose prope littora maris.

49d. ASTRAGALUS ALPINUS, *L.*

Varians *dilutus:* calyce & legumine pilis stramineis (non nigricantibus) hirsutis occurrit in *Finmarkia Altensi* ad jugum inter *Nalganas* & *Spjerkojokka.*

49e. ASTRAGALUS OROBOIDES, *L.*

Hab., antehac ad Fiskevaagfjeldet Saltdaliæ lectus, qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ.

50. TRIFOLIUM PRATENSE, *L.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr;* ad *Bodö;* in *Kvæfjord* ad clivos prope *Vig* & *Vogteren* copiose; in *Salangen* ad *Sjöveien,* ingrediens fere ad mediam partem lacus *Övre-Vand;* in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen* passim, ad *Dybvaag;* in insula prædii pastoris *Tranöensis*; in insula *Senjen* prope *Gibbostad* parcissime.

50b. TRIFOLIUM REPENS, *L.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr;* in *Bejeren* a littore maris procedens per totam convallem usque ad *Heminghyt*, ubi copiose et ad *Troelid* passim; ad *Bodö;* in *Vesteraalia* ad *Hadselö;* in *Kvæfjord* tractu prædiorum *Vig* & *Vogteren*; in *Ofoten* ad *Ungsmalö,* inter *Lidland* & *Lerosen*, in *Laxetind* 4 - 500 ped. supra mare adscendens, in convallem subalpinam intra *Lerosen* c. 1/4 milliar. a littore maris omni cultura procul sese removens, 900—1000 ped. supra mare adscendens; in *Salangen* a *Sjöveien* inde ad *Elvevold* ingrediens, ubi copiose, nec non in jugum juxta *Övre-* & *Nedre-Vand* positum adscendens; in *Sör-Reisen*, ubi in *Bærkollen* 8—900 ped. supra mare adscendens, juxta *Reisenvand* usque ad *Finsæt* ingrediens; in insula pastoris *Tranö;* in insula *Senjen* juxta *Laxelv* usque ad *Grönlid* (c. 1½ milliar. a mari) ingrediens, ad *Kvanaas,* in tractu prædii *Gibbostad* frequenter; in *Lenvig* qvoqve juxta *Finfjordvand;* præterea in territorio magis boreali ad littora ipsa & prata sublittoralia sat frequenter sed locis a littore remotioribus hactenus non visum, sic qvoqve ad littus sinus *Kjöllefjord* (latit. bor. c. 70° 57) *Finmarkiæ orientalis.*

51. LOTUS CORNICULATUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* passim per convallem a prædiis littoralibus *Solö* & *Arstad* inde ad *Troelid*, in *Meraftenklumpen* & alpes interiores prope Arstaddal supra terminum Be-

tulæ altius adscendens; in *Gildeskaal* ad *Indyr;* ad *Bodö;* ad *Rostnæsodden* sinus *Bejerenfjord;* in *Ofoten* supra *Lidland*, in alpem *Laxetind* supra terminum Betulæ adscendens usque ad 1800 ped. supra mare, ad *Ungsmalö*, ad rupes calcareas intra *Evenæs;* in *Vesteraalia* in insula *Hadselö* ex. gr. prope *Melbo;* in *Throndenæs* per tractum totum inter *Harstad* & *prædium pastoris*, secus viam per isthmum latum totum *Kvæfjordeidet*, ibi ad radices montium sat adscendens, ad *Skaanland* & intra hæc prædia $^1/_8$—$^1/_4$ milliar. a littore sese removens; in *Salangen* ad *Sjöveien*, unde ad partem exteriorem lacus *Övre-Vand* ingrediens; in *Sör-Reisen* in *Bærkollen* c. 1000 ped. supra mare adscendens, juxta *Reisenvand*, juxta *Tömmervigvand* & alibi, ad alpes prope *Östgaard* convallis *Gumpendal* altius occurrens; in insula *Senjen* tractu interiore ad *Langhoug* districtus *Græsmyrskoven*, ad *Renlidkollen* (c. $^3/_4$ milliar. a littore), ad tractum prædii *Gibbostad* frequenter, prope *Lysbottenvand* a littore remotius.

52. LATHYRUS MARITIMUS, *Big.*

Hab. qvoqve in *Kvænangen* inter *Lille-Strömmen* & *Navet;* ad *Store-Lærrisfjord;* in *Porsangria* inter *Valdak* & *Staburstnæs;* in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen;* in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs* & ad littora partis interioris sinus *Kjöfjord* frequenter.

54. LATHYRUS PRATENSIS, L.

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Muldjord* & *Solö*, ad *Arstadaasen;* in *Gildeskaal* ad *Dal;* in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*, ad *Ungsmalö*, in alpem *Laxetind* 4—500 ped. supra mare adscendens; in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö;* in *Kvæfjordeidet* ad radices montium altius adscendens; in *Throndenæs* inter *Skaanland* & *Lysvand;* in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, in montem *Bærkollen* c. 500 ped. supra mare adscendens; in insula *Havneholmen* prædii pastoris *Tranöensis;* nec non in insula *Senjen* ad tractum prædii *Gibbostad*.

55. VICIA SEPIUM, L.

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord*, ad *Arstadaasen;* in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lidlandskaret* præcipue in alnetis pygmæis clivorum sicciorum; in *Hadselö Vesteraaliæ* adscendens prope *Melbo* altius qvam 500

ped. supra mare; in *Kvæfjord* altius ad clivos prope *Vig & Vogteren*, in *Kvæfjordeidet* monte *Rödmuldheien* non procul.

56. VICIA CRACCA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, ad *Arstadaasen*, in alpem *Meraftenklumpen* altius supra terminum Betulæ adscendens, per convallem usque ad *Troelid* procedens; in *Gildeskaal* ad tractum inter *Sund & Skovvold* frequenter; ad *Bodö;* in *Ofoten* ad *Evenæs*, inter *Lidland & Lerosen*, ad *Ungsmalö*, in alpem *Laxetind* ad terminum Betulæ 12—1300 ped. supra mare adscendens; in *Vesteraalia* ad *Hadselö;* in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig & Vogteren*, in isthmo *Kvæfjordeidet* elevatius supra mare; in *Salangen* a *Sjöveien* inde ad *Övre-Vand* ingrediens; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, in *Bærkollen* 900—1000 ped. supra mare adscendens; in insula *Senjen* juxta *Laxelv* ad partem superiorem convallis procedens, ad *Kvanaas*, ad *Gibbostad*, ubi etiam in paludosis, in alpes a littore remotiores prope *Lysbottenvand* ad terminum Betulæ adscendens; in *Lenvig* in jugum humilius inter *Finfjordvand & Maalselven* positum adscendens; in *Maalselven* ad *Aasen*, qvoqve ad partem interiorem convallis ex. gr. ad clivos supra *Nordmoen & Nergaard* & per fundum convallis frequentius usque intra *Sverresvold* ingrediens, prope *Skjæggenæs* in montem *Kalvehovedet* c. 1100 ped. supra ripas fluminis adscendens; in *Skjervö* ad *Sokkelvig*, in *Hukö;* ad *Komagfjord;* in insula *Seiland*, ad *Komagnæs*; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal*; in *Porsangria* ad *Repvaag*, juxta *Börselv* c. 1 milliar. a littore ingrediens; ad introitum sinuli *Kalvig*; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*, juxta *Tanaelv* ingrediens usque intra cataractam *Storfossen* (longius intra *Polmak*); in *Varangria meridionali* juxta *Pasvigelv* ad *Svanvig*, immo ad cataractam inter *Klostervand & Goalsejavre* ingrediens.

56b. VICIA SYLVATICA, *L.*

Hab., antehac pro *Saltdalen & Sörfolden* annotata, qvoqve ad radices jugorum convallis *Bejeren* frequenter sc. prope *Muldjord & Solö*, ad *Arstadaasen*, prope *Heminghyt*, ad *Troelid*; nec non in *Gildeskaal* inter *Sund & Skovvold* sat frequenter.

57. ANTHYLLIS VULNERARIA, *L.*

Hab. qvoqve in infima parte convallis *Bejeren* ad clivos supra *Solö & Muldjord* parcius; in *Ofoten* supra *Lidland &*

*Lidlandskaret* copiose; in *Throndenæs* ad *prædium pastoris*, ad prædia *Skaanland*, unde a littore $1/8$—$1/4$ milliar. sese removens.

## ROSACEÆ.

58. RUBUS ARCTICUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Maalselven* ad partem intimam convallis *Dividal* intra *Frihedslid* non parce; in *Skjervö* in parte interiore convallis *Reisendal* passim usque ad *Seima*, si non interius; in *Alten* per convallem *Tverelvdal* & ramos terminales ejus usque ad *Stilla* & in convallem *Vestelvdal*; in *Porsangria* juxta partem extimam fluminis *Staburselv* parcius; in *Varangria meridionali* juxta *Pasvigelv* ad *Risto* prope *Klostervand*, ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*, inter *Goalsejavre* & *Bossojavre*, ad *Gaddeluobal*, inter *Vagetimjavre* & *Bagjajavre*, nec non intra lacum hunc intimum juxta flumen ipsum, porro latere *Rossico* ad pagum prope *Bagjajavre*, in insula *Savasuolo* nec non in *Store-Menikasö*, dein juxta *Langvand* copiose, juxta *Neidenelv* frequenter; præterea in *Finmarkia* continentali interiore juxta *Altenelv* frequenter copiose sc. loco c. 1 milliar. infra *Masi*, ad tractum templi *Masi*, ad *Duogasjmoske*, in betuletis jugi montani ad ripas lacus *Lappojavre*, prope *Gætkasjduodar* copiose sed tantummodo steriiis (a. 1864) visus, inter hunc locum & lacum *Sjuosjavre*, ad ripas hujus & rivi ei prope hospitium affluentis frequenter copiose, juxta flumen *Jesjok* ad *Oudaldas* & alibi frequenter, juxta fl. *Karasjok*, ubi ad pagum ejusdem nominis loco altius qvam 400 ped. supra mare elevato maturas baccas die 14to Aug. 1864 legi, denique ad partem supremam fluminis *Tanaelv* ad *Holmen*, ad *Bavda*.

60. RUBUS IDÆUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö*, ad *Arstadaasen*, ad *Heminghyt*, ad *Troelid*; in *Ofoten* in alnetis clivorum supra *Lidland* & *Lidlandskaret*, ad rupes intra *Evenæs*; in *Kvæfjord* prope *Vig* & *Vogteren*, in *Kvæfjordeidet* ad radicem montium; in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*, inter *Skaanland* & *Lysvand*; in *Salangen* ab *Övre-Vand* inde ad *Lund* & *Moholtet*, ubi in alpes supra terminum Betulæ altius adscendens; in *Sör-Reisen* ad *Finsæt* copiosius, ad *Nordströmmen*, ad *Dybvaag*, prope *Östgaard* convallis *Gumpen-*

*dal;* in insula *Senjen* ad *Solberg,* ad *Gibbostad* parce; in *Maalselven* a *Vasbrönden* prope ostium inde frequenter copiosissime usque ad *Ulleberg* convallis lateralis *Dividal,* per convallem *Bardu* usque ad *Blaabjerg* & *Strömsmoen,* ubi ad *Rubben* supra terminum Pini adscendens, in alpes *Istinderne* male evolutus singillatim altius qvam 1100 ped. supra ripas fluminis adscendens; in *Balsfjord* ad *Storstennæs* copiose; in insula *Tromsö* parce, ad *Flöifjeld* in regionem betulinam superiorem adscendens; in *Skjervö* per convallem *Reisendal* usque ad *Vinnelys* & *Hurrika,* si non etiam interius, copiose, ad *Rotsundelv,* in *Hukö* (c. 70° 1) parce, ad *Norbotten* sinus *Kvænangen* copiosius, ad *Kjækan;* in *Alten* inter *Jöraholmen* &*Eiby* parcius.

60 b. POTENTILLA NIVEA, *L.*

Hab. qvoqve in *Salangdal* ad alpes prope *Lund* supra terminum Betulæ; in *Maalselven* ad *Rostafjeld* supra terminum Betulæ, ad ripas fluminis *Divielv* intra *Frihedslid* infra terminum Pini delapsa; in *Porsangria* ad monticulum *Tsjokkasj* prope *Staburselv,* in tractu lacus *Laxevand (Skovanvarre);* præterea in *Finmarkia continentali* interiore tractu *Masi* ad rupes juxta rivum flumini prope templum affluentem, omnibus locis novissime nominatis infra terminum Betulæ occurrens.

60 c. POTENTILLA NORVEGICA, *L.*

Hab. nov. civ. Flor. Finmarkicæ in *Varangria meridionali* ad ripas fluminis *Pasvigelv* infra cataractam inter *Goalsejavre* & *Bossojavre,* ab omni cultura remotissima, sed parcissime lecta, tamen bene evoluta.

61. POTENTILLA TORMENTILLA, *Scop.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen* prope terminum Betulæ, ad clivos supra *Muldjord* & *Solö,* prope *Heminghyt* per sylvas montanas elevatius adscendens, ad *Troelid* copiose; in *Gildeskaal* prope *Skovvold* copiose; ad *Bodö;* in *Ofoten* ad *Lidland,* ad paludosa intra *Lerosen,* in alpem *Laxetind* paullo supra terminum Betulæ adscendens; in *Vesteraalia* ad *Hadselö;* in silvis betulinis isthmi *Kvæfjordeidet* frequentius præcipue in regione elevatiore; in *Throndenæs* in sylvis betulinis intra *Skaanland* tam ubiqve qvam ubicunque Norvegiæ meridionalis; in insula *Senjen* juxta partem exteriorem fluminis *Laxelv* vulgaris, in partem interiorem qvoqve ingrediens, inter *Övre-* & *Nedre-Kvanaas* copiose; in *Maalselven* juxta *Beinelv* infra terminum Pini

occurrens; in insula Tromsø jam ab I. W. Zetterstedt notata non parce; in *Alten* ad jugum interius *Gamasvarre* passim copiose mox infra terminum Betulæ; præterea in *Finmarkia continentali* interiore in jugo inter *Gætkasjduodar* & *Sjuosjavre* in regione betulina suprema frequentius juxta rivos lacubus *Vuoddasjavre* & *Sjuosjavre* affluentes.

62. POTENTILLA ANSERINA, *L.*

Hab. ad littora maris qvoqve in *Bejeren* extra *Solö;* in *Gildeskaal* ad *Skovvold*; ad *Bodö*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*, ubi qvoqve a littore ipso ad marginem agrorum paullo recedens, ad *Ungsmalö*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Kvæfjord* intra *Vig* & *Vogteren*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen* & ad ripas lacus subsalini *Reisenvand*; in insula *Tranö*; in insula *Senjen* ad ostium fluminis *Laxelv*, ad *Kvanaas*, ad *Gibbostad*; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*, ad *Sokkelvig*; in insula *Seiland* ad *Kvistnæsfjord*; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjord;* in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs* &cet.

63. POTENTILLA ARGENTEA, *L.*

Hab., antehac a me parcissime lecta ad Harstadhavn, passim parcius in hoc tractu, sic qvoqve ad *Seljestad* & ad *prædium pastoris*.

64. FRAGARIA VESCA, *L.*

Hab. qvoqve per convallem *Bejeren* prope S*olö*, *Heminghyt*, *Troelid* frequentius; in *Gildeskaal* ad *Indyr* & *Skovvold;* in *Ofoten* supra *Lidland* & ad rupes intra *Evenæs*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*; in *Throndenæs* inter *Skaanland* & *Lysvand*; in *Sör-Reisen* ad *Dybvaag* copiose, ad *Nordströmmen*, in *Bærkollen* adscendens, ad *Finsæt*, ubi altius qvam 400 ped. supra mare adscendens; in insula *Senjen* ad *Solberg*, ad *Gjövig*, ad *Renlidkollen* & *Langhoug* districtus interioris.

64b. GEUM URBANUM, *L.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Stegen* ad radicem alpis *Præstkontind* secundum specimen ab *Haukland* missum, ibi latit. bor. c. 67 ° 56 attingens.

66. ROSA MOLLISSIMA, *Fr.*

Hab. in *Bejeren* ad introitum convallis supra *Solö* & *Muldjord*, ad *Arstadaasen*; in *Gildeskaal* ad *Indyr*, ad *Dal*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*, ubi supra *Melbo* c. 400

ped. supra mare adscendens; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren* copiose.

67. PRUNUS PADUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand* & ad *Troelid*; in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris* & *Indyr*; in *Ofoten* intra *Evenæs*; in *Vesteraalia* in *Hadselö* parcius ex. gr. ad radicem montium inter *Husebykollen* & *Melbo*; in *Kvæfjord* tractu prædiorum *Vig* & *Vogteren*; in *Salangdalen* ad *Moholtet*; in *Balsfjord* ad *Sagvandet* & cet.; in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs*, ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ad locum c. 1 milliar. infra *Masi*, ad tractum templi *Masi*, juxta fl. *Karasjok* ad *Beskinjarga*, ad *Holganjarga*, prope pagum *Karasjok* orgyalis sed fructificans. Interdum variat *pubescens:* foliorum tota pagina inferiore (qvoqve extra nervos) pubescente. Hæc forma parum notabilis ad *Balsfjord* & ad *Karasjok* lecta est. Glandulæ petiolares in eodem specimine nunc adsunt, nunc altera nunc ambæ desunt. In omnibus speciminibus a me lectis etiam Nordlandiæ meridionalis racemi erecti; utrum penduli hoc in agro qvoqve occurrant, animadvertere neglexi.

## ONAGRARIEÆ.

67b. CIRCÆA ALPINA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Muldjord* & *Solö*, ad radicem alpis *Seglfjeld* copiose, ad *Arstadaasen*, ad latera jugi prope *Heminghyt*; in *Ofoten* prope *Lidland*; in *Salangen* prope effluvium lacus *Övre-Vand*; in *Sör-Reisen* ad *Dybvaag*, ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt* copiose; in *Maalselven*, ubi a Lund prius observata, passim frequenter per majorem partem convallis sc. prope *Svultenvig* & *Sandnæs* ad radicem alpis *Vasbrönden*, ad *Akka*, prope *Moen*, ad radicem alpis *Mauken*, supra *Skjeggenæs*, supra *Nergaard*, ad radicem alpis *Rostafjeld* visa. Hæc planta in filicetis occulta & facile tempore æstivo prætervisa forsitan multo frequentior est, qvam opinari facit.

68. EPILOBIUM MONTANUM, L.

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord*, ad radicem alpis S*eglfjeld* copiose, ad latera jugi prope *Heminghyt*; in *Ofoten* prope *Lidland* passim, in alpem *Laxetind* 4—500 ped. supra mare adscendens, ad rupes intra *Evenæs*; in *Kvæfjordeidet* monte *Rödmuldheien* non procul;

in *Throndenæs* inter *Skaanland* & *Lysvand*; in insula *Rollen* prope *Ibbestad*; in *Salangen* prope effluvium lacus *Övre-Vand*, ad *Krogen*; in *Sör-Reisen* ad *Dybvaag*, ad *Finsæt*, ubi c. 400 ped. supra mare adscendens; in insula *Senjen* ad *Renlidkollen*, ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Lenvig* inter *Finfjordvand* & *Renvand*; in *Maalselven* ad angustias *Traangen*, ad latera montium prope *Nergaard* & *Övergaard*.

68b. EPILOBIUM COLLINUM, *Gmel.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Bejeren* ad *Arstadaasen*; in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; in insula *Hadselö*; in *Sör-Reisen* ad *Dybvaag*, ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt*; in insula *Senjen* ad *Solberg*; in *Maalselven* inter *Storbakken* & *Solid*, ad radicem alpis *Mauken*; in insulis *Skjervö* & *Hukö*, ubi lat. bor. 70° ægre transgreditur. Nisi fallor, eandem speciem aut ad Alten aut ad Talvig anno 1852 legi. Forma arctica interdum in *E. lanceolatum* paullo vergere videtur.

68c. EPILOBIUM LINEARE, *Mühlenb.*

Hab. qvoqve in insula *Kvæö*; in *Sör-Reisen* supra *Finsæt*; in insula *Tromsö*; in insula *Hukö*; in *Alten* passim ex. gr. ad *Garrajok* copiose; in *Porsangria* ad tractum ostii fluminis *Börselv*, ubi latit. bor. 70° 18—20 attingens; in *Varangria boreali* ad *Sandskjær* (Nordvi); in *Varangria meridionali* ad tractum prædii *Elvenæs*, ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad *Spjerkojokka*, nec non juxta fl. *Karasjok* ad *Oadsessanjarga*.

## HALORAGEÆ.

69. CALLITRICHE VERNA *(L) Lönr.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö* & *Troelid* (*); in *Kvæfjordeidet*; in *Throndenæs* ad *Harstadhavn* (*); in *Salangen* ad *Elverold*; in *Sör-Reisen* in lacunis subsalinis lacus *Reisenvand* (*), ad *Finsæt*; in insula *Senjen* ad *Laxelv*, inter *Nedre-* & *Övre-Kvanaas*, in tractu lacuum *Hegvand* & *Lysbottenvand*; in *Maalselven* ad *Lerbekmo* (*), ad *Nordmoen* (*), ad *Skjeggenæs*, paullo extra *Övergaard*; in *Skjervö* ad partem exteriorem convallis *Reisendal*; in *Porsangria* prope pagum *Laxelv* (*), ad tractum lacus *Laxevand* (*); in *Varangria boreali* ad *Iakobselv* prope *Vandelv* (*); in *Varangria meridionali* juxta *Pasvigelv* ad *Elvenæs*, ad *Klo-*

*stervand* (*Brandhoug*), ad *Bagjajavre*, nec non latere *Rossico* in insula *Savasuolo* & prope pagum ad lacum *Bagjajavre*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ad *Nitomokke*, ad *Spininjarga*, juxta partem interiorem fluminis *Tanaelv* ad *Holmen*. — Supra asterisco loca notata sunt, unde specimina aut viva aut bene in herbario conservata tam exacte examinare potui, ut ea ad hanc speciem non ad *C. polymorpham* (Lønr.) attinere certe dijudicare audeam. Hæc ultima hactenus non a me in agro arctico visa est. In speciminibus arcticis sitgmata sæpe etiam breviora sunt, qvam cel. *Lönnroth* ea in Botan. Notis (1867 Nr. 1) delineavit.

70. CALLITRICHE AUTUMNALIS, L.

Hab. qvoqve in *Porsangria* prope pagum *Laxelv*; in *Varangria meridionali* non tantummodo in lacu Klostervand sed qvoqve in lacu intraposito *Goalsejavre*.

70b. HIPPURIS VULGARIS, L. * MARITIMA, *Hell.*

Hab. foliis latis eximie evoluta in *Porsangria* inter ostium fluminis *Staburselv* & *Valdak*. Forma primaria, sæpe ut „fluviatilis" aberrans, per majorem partem agri passim frequenter occurrit, sic qvoqve in lacu subsalino *Reisenvand*, ibi ad „maritimam" paullo accedens.

71. MYRIOPHYLLUM SPICATUM, L.

Hab. qvoqve in *Throndenæs* in lacu prope Nipen; in *Varangria meridionali* in *Goalsejavre* fluminis *Pasvigelv*, utroque loco sterile lectum.

72. MYRIOPHYLLUM ALTERNIFLORUM, *DC.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* in *Grönvatne*, in *Arstadvand*; in *Ofoten* intra *Evenæs* in *Kirkevand*; in insula *Senjen* in *Laxelv*; in *Throndenæs* in lacu prope *Nipen* (florens!); in *Alten* in lacunis infra *Reipas*; in *Porsangria* prope ostium fluminis *Börselv*, ubi latit. bor. 70° 18—20 attingens; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv* in lacu supremo rivi *Vandelv*; in *Varangria meridionali* in *Klostervand*, in *Goalsejavre*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore in *Altenelv* prope *Masi*, in lacu *Lappojavre* jugi montani, in flumine *Iesjok*, in flumine *Karasjok* freqventius & florens lectum. Ad plurima loca tantum sterili lecto, de determinatione tamen vix dubitandum esse videtur.

## PORTULACEÆ.

73. MONTIA FONTANA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Dokmo*, prope *Heminghyt*; in *Gildeskaal* ad *Skovvold*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*, in *Kvæfjord* ad prædium *Vig*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Salangdal* ad *Moholtet*; in insula prædii pastoris *Tranö*; in *Skjervö* ad *Sokkelvig*; ad *Komagfjord* & *Lille-Lærrisfjord*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; in *Varangria meridionali* ad littora sinus *Kjöfjord*.

## CRASSULACEÆ.

74. SEDUM ACRE, *L.*

Hab. planta, in hoc agro vulgo littoralis v. sublittoralis, qvoqve prope introitum convallis *Bejeren* ad *Arstadaasen* & ad clivos supra *Muldjord* & *Solö* nonnihil supra mare adscendens; in *Ofoten* ad clivos graminosos supra *Lidland*, item in *Kvæfjord* supra *Vig* & *Vogteren*; nec non in Sör-*Reisen* ad ripas lacus subsalsi *Reisenvand*.

## GROSSULARIEÆ.

76. RIBES RUBRUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad jugum supra *Muldjord* & *Solö*, ad radicem alpis *Seglfjeld* copiosius, ad *Heminghyt* & latera jugi juxtapositi, ad *Troelid* prope *Tullaaen*; in *Gildeskaal* supra *Indyr*; in *Ofoten* ad radices rupium intra *Evenæs* passim copiosius; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren* parcius; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstad*, ad *prædium pastoris* in ipso littore parce; in *Salangen* prope effluvium lacus *Övre-Vand* & prope *Lund* convallis *Salangdal*; in *Sör-Reisen* supra *Finsæt*; in *Maallselven* ingrediens juxta fl. *Divielv* intra *Frihedslid*, & ad *Ulleberg*, ubi copiose fructificans d. 19no Sept. 1866 visum est, c. 400 ped. supra ripas fluminis adscendens, per convallem logissimam Bardu usque ad *Strömsmo* procedens; in *Skjervö* ad *Vinnelys* & *Hurrikov* & *Seima* convallis *Reisendal*, in insula *Hukö* parcissime; ad *Komagfjord*; in *Porsangria* juxta fl. *Staburselv* frequentius; in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*; in *Varangria boreali* ad *Iakobselv* infra *Flintenæsen*; in *Varangria meridionali* juxta *Pasvigelv* ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*, nec non latere *Rossico* in insula *Store-Menikasö*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Al-*

*tenelv* ad *Spjerkojokka* ibi elevatius supra ripas fluminis adscendens, ad tractum templi *Masi*, ad *Duogasjmoske*, in jugo in insula lacus *Lappojavre*, juxta fl. *Karasjok* ex. gr. ad *Beskinjarga*, ad *Holganjarga* ad lingvam pagi *Karasjok*, ubi baccas maturas legi, nec non juxta partem interiorem fluminis *Tanaelv* ad *Holmen*.

## SAXIFRAGEÆ.

77. SAXIFRAGA COTYLEDON, L.

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad latera jugi prope *Arstad*, ad *Rostnæsodden* sinus *Bejerenfjord* prope æqvor maris; in *Gildeskaal*, unde a *Gunnero* jam memorata, ad rupes supra *Indyr* & ad *prædium pastoris* passim frequenter & largiter florens fere ad littora ipsa singillatim procedens. Hoc loco afferre liceat, plantam in præfectura *Altensi Finmarkiæ*, locis prius a me indicatis, hactenus non florigeram visam esse.

78. SAXIFRAGA ADSCENDENS, L.

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen*.

78b. SAXIFRAGA TRIDACTYLITES, L.

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad *Evenæs*, nec non in *Throndenæs* ad *Blaabjergskaret* supra *Nipen*, ut secundum specimina pauca & manca videtur. Qvales hæc species & præcedens in speciminibus arcticis meis repræsentantur, hoc in agro non bene distinctæ apparent. Specimina nempe *S. adscendentis* sæpe humiliora magisque viscosa qvam vulgo sunt, dum *S. tridactylites* e contrario interdum paullo altior qvam solet, ut illa æquet immo superet, dein nudiuscula minusque viscosa evadit. *Saxifraga adscendens* alterâ tamen vulgo robustior, pedicellis brevioribus, fructibus forsitan magis ovalibus, stigmatibus sæpe paullo excedentibus distincta. Specimina e *Blaabjergskaret* reportata ad *S. adscendentem* fere eodem jure qvam ad *tridactylitem* referenda sunt, & si plantam prius (Ind. supp. Norv. arct.) ad *Havnvig* insulæ *Rollen* notatam qvoqve ad tridactylitem alicui referre placeat, non rationes bene fundatas objicere possim. Plantæ ad *Arstadaasen*, ad *Evenæs*, ad *Harstadhavn* (l. c.) nominatæ vix alii speciei, qvam cui subjunxi, adnumerari possunt.

78c. SAXIFRAGA HIRCULUS, L.

Hab., jam a *Gunnero* pro „*Varangria*“ (s. *Varangria boreali*) indicata sed ultimo tempore ibi non denuo reperta.

qvoqve in *Finmarkia continentali* interiore ad paludem longissime protractam in jugo montano inter *Masi & Lappojavre* positam copiose, paullo infra terminum Betulæ nascens; nec non in *Varangria meridionali* ad paludes vastissimas inter *Övre-Klostervand & montes Vætsjer* passim copiosius.

78d. CHRYSOSPLENIUM TETRANDRUM, *Lund.*

Hab. qvoqve ad *Store-Lerpollen* sinus *Tanafjord* passim.

## UMBELLIFERÆ.

79. ANGELICA SYLVESTRIS, L.

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Muldjord & Solö*, ad *Arstadaasen*, prope *Heminghyt*; in *Gildeskaal* ad *Skovvold*; ad *Bodö*; in *Ofoten* ad tractum prædii *Evenæs*, ad *Ungsmalö*, ad paludes supra *Lerosen*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Salangdal* ad *Lund*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt*; in insula *Senjen* ad *Tranöbotten*, prope *Troldbuvand*-convallis *Laxelv*, ad *Elvebakken* districtus *Græsmyrskoven*, ad *Kvanaas*, ad *Gibbostad*, prope lacus *Lysbotten & Hegvand*; in *Lenvig* inter *Renvand & Finfjordvand*; in *Maalselv n* prope *Tagvand*, supra *Löberg*, in alpem *Kalvehovedet* c. 1100 ped. supra ripas fluminis adscendens, juxta *Beinelv*, ad *Överby*, in radicem alpis *Rostafjeld* adscendens, ad *Ulleberg* convallis *Dividal*, in *Bardu* ad *Aasen*, ad *Braadmo*, ad radicem alpis *Blaabjerg*; in *Balsfjord* prope *Storstennæs*; in *Skjervö* in insula *Hukö*; in *Börselv Porsangriæ* qvoqve ad ostium fluminis.

80. CARUM CARVI, L.

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, ad *Heminghyt*; in *Gildeskaal* ad *Skovvold*; ad *Bodö*; in *Ofoten* inter *Lidland & Lerosen*; in *Kvæfjord*; in *Salangen* ad *Sjöveien*, ad *Elvvold*; in *Sör-Reisen* ad *Dybvaag*, ad *Nordströmmen*; in insula prædii pastoris *Tranö*; in insula *Senjen* ad *Elvebakken* districtus *Græsmyrskoven*, ad *Kvanaas*, ad *Gibbostad*; in tractu maxime elevato isthmi inter *Finfjordvand & Maalselven* positi ad rudera prædii deserti *Solhaug* hodie parce, prius secundum relata vicini copiosius; in *Maalselven* ad prædium exterius *Finbakken* copiose, ad interius *Övergaard* non parce & hodie omnino ut spontaneum, sed ante c. 43 annos ibi a; primo colono (*Anders Johnsen*), secundum qvæ ipse mihi dixit, seminibus a *Balsfjorden* allatis seminatum, ad prædia *Kongslid & Gamnæs* juxta lacum *Rostavand* copiose sed ibi qvoqve a primo colono seminatum, ad *Ulleberg* convallis *Divi-*

*dal*, ad *Fagerliddal*, ad *Finkrogen* convallis *Bardu*; in *Balsfjord* ad *Storstennæs*; in insula *Tromsö* & continente adjacente; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*, ad *Sokkelvig*, in insula *Skjervö*.

80b. HERACLEUM SIBIRICUM, *L.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ, qvam ut talem recipere non prius ausus sum, qvoqve i *Throndenæs* ad ipsa littora maris prædii *Skaanland* humile nec bene evolutum sed tamen fructificans & vix dubie hoc loco ut spontaneum considerandum (latit. bor. c. 68° 35.)

81. PIMPINELLA SAXIFRAGA, *L.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* tractu prædii *Indyr* tam ad radicem jugi qvam ad rupes maritimas; ad *Bodö*; nec non in *Kvæfjord* prope *Vig* & *Vogteren* copiose.

## CAPRIFOLIACEÆ.

81b. VIBURNUM OPULUS, *L.*

Hab. in *Bejeren* ad introitum convallis in jugo supra *Solö* & *Muldjord* posito passim copiosius, nec non ad *Arstadaasen* copiose, ubi plantam non alibi hujus agri a me visam primos flores aperientem die 15to Aug. 1867 legi.

## RUBIACEÆ.

82. GALIUM BOREALE, *L.*

Hab. in *Bejeren* ad partem exteriorem convallis tractu prædii *Solö* sed ibi non tam vulgare qvam in pluribus districtibus magis borealibus; in *Gildeskaal* ex. gr. tractu prædii *Dal* frequentius; ad *Bodö*; in *Ofoten* ad *Evenæs*, inter *Lidland* & *Lerosen*; in *Vesteraalia* in insula *Hadselö*; in *Kvæfjordeidet*; in *Throndenæs* ad tractum prædiorum *Skaanland* commune; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen* passim, juxta *Tömmervigvand* copiose; in insula *Senjen* ad partem exteriorem convallis *Laxelv* sc. extra *Gamnæsvand*, ad tractum prædii *Gibbostad* sat commune; in *Skjervö* in insula exteriore *Hukö* (70°—70° 1); in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal*, locum polo proximum hactenus observatum, latit. bor. c. 70° 26 attingens; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ad locum c. 1 milliar. extra templum *Masi*, ad tractum *Masi* copiose, ad *Duogasjmoske*, juxta *Jesjok* ad *Bæjaljnes* (c. 2 milliar. intra ostium) procedens, juxta fl. *Karasjok* frequentius copiosius ex. gr. intra *Beskinjarga*, ad *Nitomokkejogasj*, ibi in ju-

gum forsitan 2—300 ped. supra ripas fluminis adscendens, ad *Mannevarrenjarga*, ad lingvam pagi *Karasjok*, ad *Holganjarga*, nec non juxta partem interiorem fluminis *Tanaelv* ad *Holmen*, ad *Bavda*.

83. GALIUM ULIGINOSUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Skjervö* ad partem interiorem convallis *Reisendal*; in *Alten* per convallem *Tverelvdal* usque ad *Mandsverk* frequenter; in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv* prope *Elvenæs*, ad *Borisgleb*, ad effluvium lacus *Nedre-Klostervand*, ad cataractam inter *Klostervand & Goalsejavre*, inter *Goalsejavre & Bossojavre*, ad *Gaddelnobal*, inter *Vagetimjavre & Bagjajavre*, juxta flumen ipsum intra *Bagjajavre*, nec non latere *Rossico* ad pagum juxta *Bagjajavre*, in insula *Savasuolo*, in *Store-Menikasö*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Altenelv* frequenter ad *Spjerkojokka*, ad locum c. 1 milliar. infra *Masi*, ad tractum templi *Masi*, ad *Duogasjmoske*, in jugo in insula lacus *Lappojavre*, juxta *Sjuosjavre* & ad rivum ei prope hospitium affluentem, ad lingvam pagi *Karasjok*. Variat qvoad latitudinem foliorum, sic ex. gr. forma insigniter latifolia prope effluvium lacus *Klostervand* lecta est.

84. GALIUM PALUSTRE, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Solö;* in Ofoten inter *Lidland & Lerosen*, ad *Ungsmalö;* in *Vesteraalia* ad *Hadselö;* in *Salangen* ad *Elvevold*; in insula prædii pastoris *Tranö;* in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad isthmum inter *Dybvaag & Tömmervigvand* luxurians; in insula *Senjen* ad *Laxelv* prope *Troldbuvand*, ad tractum prædii *Gibbostad* frequenter; in *Lenvig* juxta *Finfjordvand*; in *Maalselven* inter *Storbakken & Sollid*, inter *Fredriksberg & Myre* frequenter, circa *Nordmoen* passim, prope *Övergaard*, ad *Foslid;* in insula *Tromsö;* in *Skjervö* ad partem exteriorem convallis *Reisendal*, ad *Sokkelvig*.

85. GALIUM TRIFIDUM, *L.*

Hab. qvoqve in insula prædii pastoris *Tranö* parce; in *Maalselven*, unde antehac non notata, ad *Kirkenæs*, ad *Nordmoen*, utrobique parce; in *Skjervö* ad *Norbotten* sinus *Kvænangen;* nec non in insula *Seiland* prope littora sinus *Kvistnæsfjord*.

87. GALIUM APARINE, *L.* — INFESTUM, *Kit.*

Hab. qvoqve prope *Grötö* Nordlandiæ, unde ægre agnoscendum specimen florigerum *Haukland* misit.

+ GALIUM VERUM, *L.*

In agro arctico investigandum, cum id in confiniis *Nordlandiæ* ad *Nærö* legi.

87b. ASPERULA ODORATA, *L.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Scandinaviæ in *Bejeren* ipso introitu convallis ad *Arstadaasen*, ad radicem alpis *Segl-fjeld*, utroque loco præcipue ultimo inter filices & herbas luxuriantes copiose; nec non in *Gildeskaal* ad radicem jugi prope *Skovvold* non parce (c. 68° 58).

## DIPSACEÆ.

88. TRICHFRA ARVENSIS, *Schrad.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Ofoten* ad clivos graminosos supra *Lidland* tam copiose, ut ab eo cærulescant, ibi qvoqve socia *Dactylidis glomeratæ*, nec non inter *Lidland* & *Lidlandskaret*; in *Throndenæs* ad *Lille-Skaanland* parcius; in insula *Rollen* (latit. bor. c. 68° 47) secundum specimen a pastore *Ellefsen* missum.

88b. SUCCISA PRATENSIS, *Mönch.*

Hab. antehac pro duobus locis agri arctici nostri indicata qvoqve i *Gildeskaal* ad *Skovvold*, ad *Indyr* quum ad radicem jugi tum ad rupes sublittorales.

## COMPOSITÆ.

89. NARDOSMIA FRIGIDA, *Hook.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Merattenklumpen*, ad *Grönvatne*, utroque loco paullo infra terminum Betulæ; in *Sör-Reisen* in *Middagsfjeld* supra terminum Betulæ; in *Maals-elven* in *Mauken* termino Betulæ elevatius, in *Rostafjeld*; in *Skjervö* ad ipsum fundum convallis *Reisendal* ad *Kjelde-ren*, ad *Vinnelys*, loca parum supra mare elevata; in *Alten*, unde indicata, ex. gr. ad *Goskavarre*, in tractu pagi *Talvig*; in parochia *Hammerfest* ad partem interiorem convallis *Ri-perfjorddal*; in *Porsangria* intra *Igeldas*; in *Varangria* meridionali ad *Klostervand* prope *Svanvig* & alibi, juxta partem intimam fluminis *Pasvigelv* intra lacum supremum *Baggjajavre*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ubi *Paridis qvadrifoliæ* & *Ranunculi reptantis* socia, ad totum tractum *Masi* copiose in ripis Betula & Salicibus consitis, ad *Sjuosjavre*, infra alpem *Rastegaise*. Ad locum pænultimum folium legi,

cujus lamina ab auricula baseos ad apicem diametro 25 centimet. metitur.

90. TUSSILAGO FARFARA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, ad *Arstad*, ad *Heminghyt*; ad *Bodö*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; *in Kvæfjord* prope *Vig* & *Vogteren*; in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*; in *Salangen* supra effluvium lacus *Övre-Vand*, ad *Lund* & *Moholtet* convallis *Salangdal*, ibi in alpes elevatius supra terminum Betulæ adscendens; in insula *Senjen* ad *Laxelv*; in insula *Tromsö* & continente adjacente; in *Skjervö* ad insulam *Hukö*; ad *Komagfjord* & *Lille-Lærrisfjord*; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal*; in *Porsangria* prope *Bævkegoppe*, ad *Börselv* latit. bor. 70° 18—20), ad *Laxevandene* (*Skovanvarre*); in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*.

91. ACHILLEA MILLEFOLIUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad littore maris prope *Solö*; ad *Bodö*; in *Ofoten* ad *Lidland*; in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö*; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren*; in *Salangen* ad jugum humile prope lacus *Övre-* & *Nedre-Vand*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*; in insula prædii pastoris *Tranöensis*; in insula *Senjen* ad *Gibbostad*; in *Skjervö* ingrediens per convallem *Reisendal* usque ad *Vinnelys* & *Sappen*, in insulis *Skjervö* & *Hukö*; in Alten ingrediens per convallem principalem usque ad *Eiby*, per *Tverelvdalen* ad radicem alpis *Nalganas*; in parochia *Hammerfest* ingrediens per *Riperfjorddal* usque supra domicilium supreme habitantis, c. 2 milliar. a mari sese removens; in *Porsangria* ad pagum *Laxelv* c. 1/4 millar. a mari remotum, ad *Stabursnæs*, ad *Børselv*, ad *Repvaag*; ad *Kjöllefjord*; in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore, unde prius a me commemorata, juxta fl. *Karasjok* ad lingvam pagi quum in cultis tum extra; præcipue tamen ad ripas ex alluvie recente fluminis mæandrici formatas & ad latus inferius lingvarum memorabilium positas, sc. ad *Spininjarga*, ad *Bagjevuoppenjarga*, ad *Holganjarga*, ad *Itkonjarga*, nec non juxta partem superiorem fluminis *Tanaelv* ad *Holmen*, ad *Bavda*.

92. PYRETHRUM INODORUM, *Sm.*

Hab. in littoribus frequentior qvoqve in insula *Senjen*

ingrediens juxta fl. *Laxelv*, ad *Troldbuvand*, ad *Varselvmo* tractus *Græsmyrskoven*; per *Salangdal* usque ad *Moholtet*, prædium fere supremum; in *Maalselven* per convallem *Bardu* usque ad *Strömsmo*; in *Finmarkia orientali* ad *Kjöllefjord*; in jugo *Seidafjeld* loco c. 600 ped. supra mare elevato visum ad fossam lateralem viæ tunc nuper erutæ.

93. ARTEMISIA VULGARIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* a *Solö* inde ad *Heminghyt* & *Troelid* ingrediens; ad *Bodö*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; in *Throndenæs* ad prædium *Skaanland*; in *Salangen* ad *Sjöveien* & ad *Elvevold*, ingrediens usque ad *Præstebakken*; in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord*, ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt*; in insula *Senjen* ad *Solberg*, ad *Grönlid* convallis *Laxelv*, per *Græsmyrskoven* ingrediens ad *Varselvmo* & *Langhoug* (copiose), dein ad *Gibbostad*; in *Lenvig* procedens ad *Finfjordejdet*.

94. TANACETUM VULGARE, *L.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lidlandskaret*, intra *Evenæs*, in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*; in *Throndenæs* in juniperetis ad prædia *Skaanland* & inter hæc & *Lysvand*; in insula prædii pastoris *Tranöensis*; in *Sör-Reisen* juxta lacum *Tömmervigvand*, ad *Nordströmmen* in juniperetis frequentius; nec non valde inopinate in insula *Hukö* pluribus locis & omnino spontaneum, ubi latit. bor. 70 ° ægre transgreditur.

95. ANTENNARIA CARPATHICA, *Bl.* & *Fing.*

Hab. rara planta qvoqve in *Sör-Reisen* in cacumine alpis *Middagsfjeld* altius supra terminum Salicum majorum; nec non in *Maalselven* ad alpem *Mauken* supra terminum Betulæ.

95b GNAPHALIUM SYLVATICUM, *L.*

Hab. per convallem *Bejeren* passim sc. supra *Solö* & *Muldjord*, & frequentius, ut videtur, in parte interiore magis continentali convallis ad latera jugi prope *Heminghyt*, ad *Troelid*; in *Throndenæs* ad isthmum jugi prope *Nipen*, latit. bor. attingens c. 68 ° 35. Cæterum in iisdem tractibus & præcipue in magis borealibus *Gnaphalium Norvegicum* frequenter copiosissime occurrit, in *Nordlandia* boreali & *Finmarkia* utraque sola species, qvantum constat, generis (sensu strictissimo limitati).

95c. SENECIO VULGARIS, *L.*

Hab. qvoqve ad *Bodö*; in *Throndenæs* ad ipsa littora maris prope *Skaanland* copiose, certe spontaneus. Qvoqve magis arctoam versus occurrit & antehac indicatus est, ex. gr. in insula *Tromsö,* ubi eum sæpius & semel copiosissime offendi, sed omnibus locis hisce tamen, ut videtur, majore jure ut adventitius considerari debet.

96. CREPIS TECTORUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* per convallem a *Solö* inde ad *Heminghyt* & *Troelid* frequentior procedens; in *Ofoten* ad clivos supra *Lidland* & *Lidlandskaret;* in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren;* in *Sör-Reisen* ad *Finsæt* ad clivos & in tectis; in insula *Senjen* ad ostium fluminis *Laxelv* in tectis, per *Græsmyrskoven* ad *Elvebakken* progrediens, prope *Gibbostad* ad littora maris; in *Maalselven* ad *Nordmo*; in *Finmarkia continentali* interiore, unde prius eam indicavi, copiose ad prata pagi *Karasjok.*

97. CREPIS PALUDOSA, *Koch.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord*, ad *Arstadaasen*, supra *Heminghyt;* in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren,* ad *Kvæfjordeidet* prope *Rödmuldheien* copiose; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen;* in insula *Senjen* ad *Laxelv* prope *Troldbuvand,* ad *Kvanaas,* ad tractum prædii *Gibbostad,* ad *Lysbottenvand;* in *Lenvig* juxta *Finfjordvand;* in *Maalselven,* unde jam a Lund indicata, ad radices alpium *Mauken, Kalvehovedet, Rostafjeld,* supra prædium *Nergaard;* in *Skjervö* ad *Rotsundelv,* ad *Reisendal* in *Bergskoven*, in insula *Hukö;* in *Alten* frequentior præcipue per convallem *Tverelvdal*; ad convallem sinui *Lille-Lærrisfjord* adjacentem; in parochia *Hammerfest* ad partem interiorem convallis *Riperfjorddal*, ubi latit. bor. attingit fere eandem atqve ad *Russemark Porsangriæ,* ubi eam prius notavi.

98. LEONTODON AUTUMNALIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, ad *Heminghyt*; in *Ofoten* prope *Evenæs,* ad *Ungsmalö*; ad *Kvæfjordeidet*; per convallem *Salangdal* passim; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt* (ibi varians flore ochraceo); in insula *Senjen* ad *Laxelv,* ad *Kvanaas,* ad *Gibbostad,* juxta *Hegvand* & *Lysbottenvand*; in *Skjervö* ad convallem *Reisendal* ex. gr. prope *Vinnelys*, in insulis *Hukö* & *Skjervö;* in insula

*Seiland* ad *Komagnæs*; in *Porsangria* inter *Stabursnæs* & *Valdak*, ad *Börselv*, ad *Repvaag*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta partem superiorem fluminis *Tanaelv* ad *Holmen*, juxta fl. *Karasjok* prope pagum, nec non juxta affluens *Jesjok* passim usque supra *Oudaldas*.

99. MULGEDIUM SIBIRICUM, *Less.*

Loca specialia juxta fl. *Karasjok* sunt *Javrasmuotkenjarga* & *Holganjarga*, ubi ad alluvies recentes lateris inferioris lingvarum betuliferarum nascitur.

99b. MULGEDIUM ALPINUM, *Less.* FL. ALBO.

Hab. in *Finmarkia* ad *Talvig*.

100. SONCHUS ARVENSIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn* infra *Sama* & ad prædium pastoris, dein ad prædia *Skaanland*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*; in insula *Senjen* ad ostium fluminis *Laxelv*, ad *Kvanaas*, ad *Gibbostad*; in *Balsfjord* ad *Storstennæs*; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*; in *Porsangria* ad *Russemark*, ubi latit. bor. attingit 70° 28–29. Nullibi hujusce agri observatus est nisi ad littora ipsa maris.

100b. HIERACIUM PILOSELLA, *L.**)

Hab. qvoqve in *Vesteraalia* in insula *Hadselö* ad clivos supra *Melbo*; nec non in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*, ubi latit. bor. 70° 29—30 attingit. Alibi agri, extra locum antehac indicatum, nunqvam visum est a me.

101. HIERACIUM CYMOSUM, *(L.) Fr.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen*; in *Porsangria* prope ostium fluminis *Börselv*, ibi latit. bor. 70° 18—20 attingens; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*; præterea in limite *Finmarkiæ continentalis* interioris juxta fl. *Altenelv* ad *Spjerkojokka*.

101b. HIERACIUM HYPERBOREUM, *Fr.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen*, ad clivos jugi supra *Solö* & *Muldjord*; in *Throndenæs* ad *Lille-Skaanland*; in *Skjervö* ad insulam *Hukö* (ubi „optimum"), latit. bor. 70° ægre transgrediens.

---

*) Hieracia fere omnia hoc in opusculo allata ab illustrissimo monographo eorum Professore E. Fries benigne determinata sunt secundum specimina ad omnia loca specialia hic nominata lecta.

101c. HIERACIUM ALPINUM, *L.*

a. *H. alpinum, Backh.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad alpes prope *Arstaddal*; in *Kvæfjord* ad *Kvæö;* in *Throndenæs* ad *Lille-Skaanland;* in *Maalselven* ad *Dividal;* in *Malangen* ad *Mortenshals;* ad alpes circum *Tromsödal;* in *Alten* ex. gr. ad *Borras,* ad *Pescades,* ad *Goskavarre,* ad alpes prope *Talvig;* ad alpes convallis *Lille-Lærrisfjord;* in insula *Seiland* ad *Hönsebyfjeld*; prope *Hammerfest*; in *Porsangria* ad *Repvaag*, ad *Silfavarre* convallis *Börselv,* ad *Veinæs* prope *Russemark,* ad tractum lacuum *Laxevandene;* in *Varangria boreali* ad *Jakobselv;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad tractum templi *Masi,* prope *Sjuosjavre*

b. *H. holosericeum, Backh.*

Hab. formæ huc proxime accedentes in *Bejeren* ad alpes prope *Arstaddal;* ad alpes circum *Tromsödal* (*Flöifjeld*); in insula *Seiland* ad *Hönsebyfjeld*; in *Porsangria* prope *Repvaag* (latit. bor. 70° 45—46).

c. *H. eximium, Backh.*

Hab. in *Kvæfjord* ad *Kvæö*, ad *Borkenæs;* ad alpes *Altenses;* ad alpes inter *Kaafjord* & *Talvig* positas; in *Tanen* ad *Rastegaisc*, alpem a *Wahlenberg* visitatam; præterea in Lapponia Rossica *Varangriæ meridionali* adjacente ad alpem *Galgoaive.*

d. *H. gracilentum, Backh.*

Hab. in *Alten* ad *Tverelvdalen.*

101d. HIERACIUM NIGRESCENS, *Wild.*

Hab. in *Bejeren* ad alpes prope *Arstaddal;* in insula *Senjen* inter *Lysbottenvand* & *Hegvand* („forma recedens"); in alpibus *Altensibus* ex. gr. *Goskavarre*; ad alpes inter *Kaafjord* & *Talvig* positas, prope *Talvig;* in insula *Seiland* ad *Hönsebyfjeld* („forma ad *H. atratum* vergens"); in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal;* in *Porsangria* ad *Veinæs* prope *Russemark*, ad tractum lacuum *Laxevandene;* in *Tanen* ad jugum *Seidafjeld;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad jugum inter *Lappojavre* & *Masi,* nec non prope *Sjuosjavre.*

101e. HIERACIUM RUPICOLUM, *Fr.*

Hab., antehac a clo. *Th. Fries* ut „*H. anfractum*" e *Fjelbma Tanensi* indicatum secundum notulam ipsius, qvoqve in insula *Senjen* ad tractum prædii *Klöven*, ad *Gibbostad*

(„ff. recedentes"); ad tractum pagi *Talvig* (ubi qvoqve „forma recedens a me hactenus non visa" Fries); in *Tanen* ad *Lille-Lerpollen* copiosius & bene evolutum. Sic species, antehac e terris *mediterraneis, Gallia & Germania* australi, *Hungaria* (Fries Epicr. Hierac. p. 83) cognita, hoc loco latit. bor. 70 ° 29–30 mire attingit.

101f. HIERACIUM PALLIDUM, *Biv.*

Hab. qvoqve in *Kvæfjord* ad *Vig & Vogteren;* in insula *Skjervö*; ad convallem sinui *Lille-Lærrisfjord* adjacentem (forma primaria & *H. pallidum * crinigerum, Fr.*); ad *Kjöllefjord* (*H. pallidum? persicifolium, Fr.*), ibi latit. bor. 70 ° 57 attingens; nec non in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen.*

101g. HIERACIUM SAXIFRAGUM, *Fr.*

Hab. in *Kvæfjord* ad *Borkenæs* („optimum"), ad *Vig & Vogteren;* in *Ofoten* ad *Lidlandskaret;* in insula *Rollen* prope *Ibbestad* (Pastor *Ellefsen* & ipse), ubi latit. bor. attingit c. 68 ° 47.

101h. HIERACIUM MURORUM * SILVATICUM, L.

Hab. in insula *Rollen* ad tractum prædiorum *Ibbestad & Havnvig* in convalli *Maalselven* (loc. spec. non notata); in *Alten* prope *Reipas,* ad *Eibydal,* ad jugum *Borras* prope terminum Betulæ, ad *Eibydal*; ad *Komagfjord & Lille-Lærrisfjord;* prope *Hammerfest;* in *Porsangria* ad *Veinæs* prope *Russemark*, ad *Börselv;* in *Varangria meridionali* ad effluvium lacus *Klostervand.*

* *H. atrovirens, Froel.*

Hab. in insula *Senjen* ad tractum prædii *Klöven;* in *Alten* infra *Reipas;* in *Varangria meridionali* ad effluvium lacus *Klostervand.*

* *H. medium, Jord.*

Hab. in *Sör-Reisen* ad *Finsæt,* inter *Gottesjord & Tömmervig;* in *Maalselven* ad *Nordmoen;* in insula *Tromsö* (f. dubia); in *Alten* prope *Reipas;* ad tractum pagi *Talvig;* in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs* & alibi juxta fl. *Pasvigelv;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad *Karasjok.*

* *H. m. alpestre, Grieseb.*

Hab. in *Kvæfjord* ad *Kvæö;* in insula *Maasö* (c. 71 °); nec non in *Laxefjord* ad *Lebesby.*

101i. HIERACIUM MURORUM * SUBCÆSIUM, *Fr.*

Hab. per majorem partem agri frequens in *Kvæfjord* ad

*Kvæö*, ad *Vig & Vogteren*, ad *Kvæfjordeidet*; in *Throndenæs* ad prædium pastoris; in *Salangdal* ad *Krogen*; in *Sör-Reisen* ad *Gottesjord*, ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt*; ad *Kastnæshavn*; in insula *Senjen* ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Malangen* ad *Mortenshals*; ad insulam *Tromsö*; in *Skjervö* ad insulam *Hukö*; ad *Alten*, ad *Kaafjord*, ad *Talvig*; ad *Komagfjord & Lille-Lærrisfjord*; in insula *Seiland* ad *Komagnæs*; in *Porsangria* ad *Börselv*; in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*, ad *Lille-Lerpollen*; in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs*; præterea prope limitem *Finmarkiæ continentalis* interioris juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, juxta partem mediam fluminis *Tanaelv* ad alpem *Rastegaise*.

* *H. aggregatum, Backh.*

Hab. in *Maalselven* ad tractum prædiorum *Sollid & Storbakken* (latit. bor. 69° 9—12.

* *H. atrato- murorum, Fr.*

Hab. in *Ofoten* ad *Evenæs*, inter *Sommervig & Lidlandskaret*, ad *Lerosen*, ad alpem *Laxetind* supra terminum Betulæ; in *Kvæfjord* ad *Kvæö*; in insula *Senjen* ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Maalselven* ad tractum prædiorum *Sollid & Storbakken*, ad *Nordmoen*, ad *Rostafjeld*; in insula *Tromsö*; in insulis *Skjervö & Hukö*; ad *Alten*, ad *Talvig*; ad *Komagfjord*; in *Porsangria* prope *Repvaag*, ad *Börselv* in alpe *Silfavarre*, ad tractum lacuum *Laxevandene*; in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*, ad *Lille-Lerpollen*; in *Lapponia Rossica Varangriæ meridionali* adjacente ad *Gaddeluobal*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, porro ad *Sjuosjavre*, ad alpem *Dafteroavve* prope *Karasjok*.

101k. HIERACIUM CÆSIUM, *Fr.*

Hab. in *Ofoten* ad *Lidland*; in *Kvæfjord* ad *Kvæö*, ad *Vig & Vogteren*; in insula *Rollen* prope *Ibbestad*; in iusula *Tromsö*; in insula *Hukö* (f. dubia); ad *Talvig*; ad *Komagfjord* & *Lille-Lærrisfjord*; in insula *Seiland* in alpem *Hönsebyfjeld* adscendens; in *Porsangria* ad *Börselv*; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore prope *Sjuosjavre*.

101l. HIERACIUM ATRATUM, *Fr.*

Hab. in *Bejeren* ad alpes prope *Arstaddal*; in insula *Senjen* ad *Laxelv*, ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*; ad alpes circum *Tromsödal*; ad

alpes prope *Talvig* & inter tractum huncce & *Kaafjord*; prope *Hammerfest*; in *Porsangria* ad *Veinæs*, ad jugum inter *Russemark* & *Oldervig*; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad jugum vastissimum inter *Masi* & *Sjuosjavre*, dein prope hunc lacum, nec non juxta partem superiorem fluminis *Jesjok*.

101m. HIERACIUM VULGATUM, *Fr.*

Hab., semper „magis paucifolium & macrum qvam in Scandinavia meridionali", in *Kvæfjord* ad *Kvæö*, ad *Vig* & *Vogteren*; in insula prædii pastoris *Tranöensis*; in insula *Senjen* ad tractum prædii *Klöven*, ad *Græsmyrskoven* (qvoqve „forma dubia *H. Dovrensi* forsitan potius adnumeranda"), ad *Gibbostad*, ad *Hegvand* & *Lysbottenvand*; in *Maalselven* ad *Foslid*; in *Malangen* ad *Mortenshals*; in *Skjervö* ad insulam *Hukö*; in *Alten* ex. gr. infra *Reipas* (qvoqve f. latifolia); in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal* („macilentum!"); in insula *Maasö*, ubi latit. bor 71° attingens; in *Porsangria* ad *Repvaag*, ad *Veinæs* prope *Russemark*; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*; in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Duogasjmoske*, dein prope *Sjuosjavre*, juxta fl. *Karasjok* ad *Assebakte*.

* *H. vulgatum* * *nemorosum*, *Pers.*

Hab. in *Kvæfjord* ad *Kvæö*; in insula *Senjen* ad *Klöven*; in *Alten* ad partem inferiorem convallis; in *Porsangria* ad tractum lacuum *Laxevandene*; in *Varangria meridionali* prope *Elvenæs*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad pagum *Karasjok*, juxta fl. *Tanaelv* ad *Holmen*.

101n. HIERACIUM LAPPONICUM, *Fr.*

Hab. qvoqve in insula *Senjen* ad *Græsmyrskoven* („f. ramosa"); in *Alten* prope *Reipas* (ubi qvoqve „forma singularis recedens"), ad *Tverelvdal*; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*.

101o. HIERACIUM GOTHICUM, *Fr.*

Hab., „macilentius qvam in Scandinavia australi", in *Kvæfjord* ad *Kvæö*, ad *Vig* & *Vogteren*; in *Throndenæs* ad *prædium pastoris*; in *Sör-Reisen* frequenter ad *Tömmervig*, ad *Gottesjord*, ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt*; in insula *Senjen* ad tractum prædii *Klöven*; in *Maalselven* ad tractum prædiorum *Storbakken* & *Sollid*; in *Alten* ex. gr. ad

ripas fluminis infra *Reipas*; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal* (juxta *Dybelv*), ibi latit. bor. 70 ° 26 attingens; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* frequenter copiose (plures formæ! qvoqve „ad H. umbellatum vergens") ex. gr. ad pagum ejusdem nominis, ad *Beskinjarga*, ad lingvas betuligeras inter hæc loca.

101p. HIERACIUM TRIDENTATUM, *Fr* (?).

Hab., „a typo primario valde recedens", in *Kvæfjord* ad *Borkenæs*, ubi latit. bor. c. 68 ° 46 attingit.

101q. HIERACIUM PRENANTHOIDES, *Vill.*

Hab., hoc in tractu eximie polymorphum, in *Bejeren* ad *Arstadaasen*, ad *Heminghyt*, ad *Troelid*; in *Ofoten* intra *Evenæs*; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*, ad *Kvæfjordeidet*; in insula *Rollen*; in *Sör-Reisen* ad *Gottesjord*, ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt*; in insula prædii pastoris *Tranöensis*; in insula *Senjen* ad *Laxelv*, ad tractum prædii *Gibbostad*, ad *Lysbottenvand*; in *Maalselven* ex. gr. ad tractum prædiorum *Storbakken* & *Sollid*, ad *Nordmoen*, ad radices alpis *Rostafjeld* convallis intimæ; in *Malangen* ad *Mortenshals*; in insula *Tromsö* & continente adjacente; in *Skjervö* ad *Hukö* (ubi qvoqve f. paucifolia), ad insulam *Skjervö* (qvoqve f. paucifolia); in *Alten* ad *Bosekop*, ad *Nedre-Alten*, ad *Tverelvdalen* & alibi; ad tractum prædii *Talvig* (qvoqve f. paucifolia); in insula *Sörö* ad *Bredvig*; in *Porsangria* ad *Repvaag*; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*, ad *Store-Lerpollen*; nec non in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*.

101r. HIERACIUM ELATUM, *Fr.* (?).

Hab., ut forma huc pertinens secundum determinationem acutissimi *C. J. Lindberg*, in *Ofoten* ad *Lidland*.

101s. HIERACIUM CROCATUM, *Fr.*

Hab., ut „forma recedens & dubia", in *Throndenæs* ad *prædium pastoris*, ad *Lille-Skaanland*, ad *Nipen*; in *Porsangria* ad *Börselv*, ibi latit. bor. 70 c 18—20 attingens; in *Varangria meridionali* ad effluvium lacus *Nedre-Klostervand*.

101t. HIERACIUM RIGIDUM, *Hartm.*

Hab. in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; in *Kvæfjord* ad *Kvæö* („typicum"), ad *Vig* & *Vogteren*, ad *Kvæfjordeidet*; in insula prædii pastoris *Tranöensis*; in insula *Senjen* ad tractum prædii *Klöven*, ad *Lysbottenvand* („dubium"); in *Alten* prope *Reipas* (latit. bor. fere 70 °); in

*Varangria meridionali* ad *Nedre-Klosterrand* („f. ad *H. crocatum* nimis vergens"); præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* (ubi qvoqve „forma involucris pilosis recedens").

101u. HIERACIUM UMBELLATUM, *L.*

Hab. in *Bejeren* ad *Arstadaasen*; in *Throndenæs* ad *Lille-Skaanland*; in *Skjervö* ad insulam *Hukö* (c. 70° 1); in *Alten* ex. gr. ad *Elvebakken*, ad *Reipas*; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal*, ibi latit. bor. c. 70° 26 attingens; in *Varangria meridionali* secus fl. *Pasvigelv* ad effluvium lacus *Klostervand* („dubium", *H. æstivum* secund. determ. amici *C. I. Lindberg)*, nec non latere *Rossico* ad *Store-Menikasö*, ad tractum alpis *Galgoaive*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad ripas fluminis *Karasjok* frequenter copiose ex. gr. ad pagum, ad *Assebakte*, nec non juxta *fl. Jesjok* usque ad viciniam lacus *Sjuosjavre*.

* *H. umbellatum v. lactaris, Bertol.*

Hab. in *Throndenæs* ad *Sandtorv*.

102. CARDUUS CRISPUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*; in *Gildeskaal* ad *Indyr* (incertus, rosula foliorum sola tempore verno visa); in *Ofoten* ad *Lidlandskaret*; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren* non parce; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn* frequentior, ad *Lille-Skaanland*; in *Salangen* prope effluvium lacus *Övre-Vand* & ingrediens per convallem usque ad *Præstebakken*, locum c. 1 milliar. a littore maris remotum; in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord*, ad *Nordströmmen*; in insula *Senjen* ad *Gibbostad*.

102b. CIRSIUM ARVENSE, *Scop.*

Hab., per tractum *Nordlandiæ* a me visitatum præcedente certe multo rarius, qvoqve in *Ofoten* ad *Lidlandskaret*; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren* (fere var. *ferox*) parcius.

102c. CENTAUREA SCABIOSA, *L.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Stegen* ad radices alpis *Præstkontinden*, unde specimen bene evolutum misit Agronomus *Haukland*, qvi in litt. plantam certe spontaneam & sat copiosam esse refert. Hoc loco latit. bor. c. 67° 56 attingit.

## CAMPANULACEÆ.

### 102d. CAMPANULA LATIFOLIA, *L.*

Hab., antehac e *Saltdalen* indicata, qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen* copiose; nec non in *Gildeskaal* ad *Skovvold.*

## VACCINIEÆ.

### 103. OXYCOCCOS PALUSTRIS, *Pers.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Dokmo*; in *Ofoten* ad paludosa intra *Evenæs* circum *Kirkevand;* in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö;* in *Kvæfjord* intra *Vig* & *Vogteren*; in insula prædii pastoris *Tranöensis*; in *Sör-Reisen* ad *Bærkollen* loco 8—900 ped. supra mare elevato; in insula *Senjen* ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Maalselven* supra *Nordmoen* ad radicem alpis *Mauken*, ad *Skjeggenæs*; in insula *Skjervö*; in *Varangria meridionali* prope *Elvenæs*, ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*, nec non latere *Rossico* ad *Store-Menikasö*, ad radicem alpis *Galgoaive*, ibi supra terminum Pini adscendens; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad jugum inter *Lappojavre* & *Masi*, inter *Lappojavre* & *Gætkasjduodar*, ibi termino Betulæ sat appropinqvans, prope *Sjuosjavre*, nec non juxta fl. *Karasjok* infra radicem alpis *Dafteroavve.* Omnia specimina a me lecta ad varietatem „O. microcarpus" dictam pertinent, etiam specimina ad *Nærö* in limite dioecesis Nidarosiensis carpta. Transitus ad formam primariam tamen non omnino desunt. Sic ad *Store-Menikasö* baccis majoribus & pedunculis ad latus alterum passim puberulis occurrit, in *Bejeren* qvoqve pedunculis passim puberulis.

## ERICEÆ.

### 104. CASSIOPE HYPNOIDES, *Don.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen*, ad *Meraftenklumpen;* in *Ofoten* ad *Laxetind*; in *Salangdal* ad alpes supra *Moholtet;* in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*, ad alpes supra *Östgaard* convallis *Gumpendal;* in *Maalselven* ad *Istinderne*, ad *Mauken*, ubi descendens infra terminum *Betulæ*, ad *Kalvehovedet;* in insula *Seiland* ad *Hönsebyfjeld;* in *Porsangria* ad *Silfavarre* convallis *Börselv;* in *Tanafjord* ad jugum supra *Lille-Lerpollen*, ad jugum inter *Store-Lerpollen* & *Nyborg Varangriæ* passim; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad jugum supra *Spjerkojokka* & supra templum *Masi.*

105. CASSIOPE TETRAGONA, *Don.*

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld* parcius supra terminum Salicum majorum; in *Maalselven* ad alpem *Mauken* jam prope terminum Betulæ apparens, ad *Kalvehovedet* loco c. 1300 ped. supra ripas fluminis elevato copiose, ad *Langfjeldene* prope fl. *Beinelv* ad terminum Betulæ apparens, ad jugum juxta *Divielv* supra *Sörlid*, ad *Istinderne* prope terminum Betulæ jam apparens, dein copiosa ad basin cacuminis ipsius; in *Skjervö* ad jugum inter *Rotsundelv* & *Sörkjosen;* præterea ad limitem *Finmarkiæ continentalis* interioris prope *Spjerkojokka.*

106. ARCTOSTAPHYLOS OFFICINALIS, *W. & Gr.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord*, ad *Arstadaasen;* in *Porsangria* ad introitum sinuli *Kulvig*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka* in regione betulina superiore, ad tractum templi *Masi*, juxta fl. *Karasjok* ad *Beskinjarga*, ad radicem alpis *Dafteroavve*, juxta partem superiorem fluminis *Tanaelv* ad *Storfossen.*

107. CALLUNA VULGARIS, *Salisb.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* præcipue in regione elevatiore ad juga supra *Muldjord* & *Solö*, supra *Heminghyt;* in *Ofoten* ad paludosa intra *Evenæs*, supra *Lerosen*; in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö*; in *Kvæfjord* passim; in insula *Senjen* ad partem superiorem convallis *Laxelven* & ad *Græsmyrskoven* copiose, ad *Kvanaas*, ad tractum prædii *Gibbostad*, juxta *Hegvand* & *Lysbottenvand* vulgaris & luxurians; in *Lenvig* inter *Renvand* & *Renelvmo*; in *Skjervö* ad jugum supra *Sörkjosen*, ad *Sokkelvig*, in insulis *Skjervö* & *Hukö*; in insula *Seiland* ad *Komagnæs*; ad tractum oppidi *Hammerfest*, ad littus occidentale sinus *Riperfjord*, ad *Riperfjorddal*; in *Porsangria* inter *Stabursnæs* & *Valdak*, per convallem *Börselv* & copiose in singularibus excavationibus pelviformibus territorii calcarei infra alpem *Silfavarre;* in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv* ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre* parcius, ad *Gaddeluobal* (qvoqve flore albo), nec non latere *Rossico* ad insulam *Store-Menikasö*, ad tractum alpis *Galgoaive*, inter *Vagetimjavre* & *Gaddeluobal.*

108. RHODODENDRON LAPPONICUM, *Wg.*

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld* supra

terminum Betulæ altius; in *Maalselven* ad *Kalvehovedet* c. 1300 ped. supra ripas fluminis, in *Dividal* supra *Sörlid*; in *Alten* ad jugum juxta *Melladal* circa 800 ped. supra mare apparens & paullo altius adscendens, qvi locus polo proximus, ubi a me visum.

109. LEDUM PALUSTRE, *L.*

Hab. qvoqve in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv* prope *Elvenæs*, ibi ad jugum supra terminum Betulæ copiose adscendens, *Diapensiæ lapponicæ* socium, dein prope *Klostervand* ad *Svanvig*, juxta lacum *Goalsejavre* ubique copiosissime, porro procedens commune ad paludosa juxta lacus & flumen usque intra *Bagjajavre*, tractum intimum lacui *Enare* proximum a me visitatum, nec non eodem modo frequens & copiosum latere *Rossico*, ibi in alpem *Galgoaive* supra terminum Betulæ adscendens, porro frequens ad partem inferiorem fluminum *Neidenelv & Munkelv*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad tractum templi *Masi*, ad jugum prope *Lappojavre* parcius, inter *Lappojavre & Gætkasjduodar* in regione betulina superiore, *Rubi Chamæmori* socium, freqvens sed macrum, parcius flores edens, anno 1864 qvidem non fructificans, dein ad *Sjuosjavre*, juxta fl. *Karasjok* ad *Beskinjarga* copiose, ad *Nittomokke* supra terminum Pini adscendens, ad lingvam pagi *Karasjok* copiosum, ibi ad alpem *Dafteroavve* in regionem betulinam superiorem adscendens.

110. PYROLA SECUNDA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand*, ad *Arstadaasen*, ad *Troelid*; in *Ofoten* supra *Lidland*, intra *Evenæs*; in *Salangdal* prope *Lund*; in *Sör-Reisen* ad *Finsæt*; in insula *Senjen* ad *Kvanaas*, ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Maalselven* ad *Nordmoen*; in *Skjervö* ad convallem *Reisendal* prope *Vinnelys*, ad *Bergskoven*, in insulis *Skjervö & Hukö*; in insula *Seiland*, ibi in alpem *Hönsebyfjeld* altius qvam 1400 ped. supra mare adscendens; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal* c. 1/2 milliar. a marti remota; in *Porsangria* ad introitum sinuli *Kulvig*, ad *Börselv*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv* ad *Elvenæs*, ad cataractam inter *Klostervand & Goalsejavre*, inter *Goalsejavre & Bossojavre* copiose, ad *Gaddeluobal*, juxta flumen ipsum intra *Bagjajavre*, nec non latere *Rossico* inter *Gaddeluobal & Vage-*

*timjavre*, prope alpem *Galgoaive;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad tractum templi *Masi*, juxta fl. *Karasjok* intra inosculationem fluminis *Jesjok*, ad *Nitomokke*, ad radicem alpis *Dafteroavve.*

111. PYROLA UNIFLORA, *L.*

Hab. qvoqve in *Salangen* inter *Snaglid & Præstebakken;* in insula *Senjen* ad *Tranöbotten;* in *Maalselven* ad radicem alpis *Blaabjerg* convallis *Bardu*; in *Skjervö* ad *Reisendal* prope *Vinnelys*; in *Varangria meridionali* juxta lacum *Klostervand* ad sinulum intra *Brændhoug* positum, ad cataractam inter *Klostervand & Goalsejavre*, ad *Gaddeluobal*, inter *Vagetimjavre & Bagjajavre*, juxta flumen ipsum intra *Baggjajavre*, nec non latere *Rossico* inter *Gaddeluobal & Vagetimjavre*, prope *Galgoaive.*

111b. PYROLA MEDIA, *Sw.*

Hab., hujusce agri rarissima, qvoqve in *Skjervö* ad *Reisendal* in jugo prope *Seima* convallis interioris.

111c. PYROLA CHLORANTHA, *Sw.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Scand. bene evoluta sed parcissime visa in *Bejeren* ad jugum supra *Muldjord*, ibi latit. bor. attingens c. 66° 59. Flora arctica Norvegiæ sic omnes species Europæas hujusce generis numerat, *Pyrola umbellata* excepta.

112. PYROLA ROTUNDIFOLIA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö & Muldjord*, supra *Troelid;* in *Ofoten* ad tractum prædii *Evenæs*, ad *Ungsmalö*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö;* in *Kvæfjord* ad clivos supra *Vig & Vogteren* altius; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, in alpem *Middagsfjeld* supra terminum Betulæ altius adscendens; in insula *Senjen* ad *Tranöbotten*, ad ostium fluminis *Laxelv*, ad *Gibbostad*; in *Maalselven* ad *Akka*, ad *Skjeggenæs*, ad *Beinelv*, ibi in alpes *Langfjeldene* ad terminum Betulæ adscendens; in *Skjervö* ad insulam *Hukö* passim, ad insulam *Skjervö*; in *Alten* qvoqve ad alpem *Gamasvarre* intra *Tverelvdal* positum prope terminum Betulæ; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; in *Varangria meridionali* juxta *Pasvigelv* ad *Elvenæs*, ad cataractam inter *Klostervand & Goalsejavre;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ad tractum templi *Masi*, ad *Duogasjmoske*, juxta fl. *Karasjok* ad *Nitomokkejogasj*, ad *Vajamokkenjarga*, ad *Holganjarga.*

## GENTIANEÆ.

### 112b. GENTIANA NIVALIS, L.

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad alpes prope *Arstraddal*, ad prata prædii *Troelid* & ad jugum adjacens; in *Ofoten* ad *Lidland*, ad *Ungsmalö;* in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren*, ad *Kvæfjordeidet* prope *Rödmuldheien*; in *Throndenæs* prope *Lysvand* intra *Skaanland*; in *Salangen* ad effluvium lacus *Övre-Vand*, ad *Sletten* copiose; in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord*, ad *Finsæt*, ad *Bærkollen*, prope *Tömmervigvand;* in *Maalselven* prope *Maalsnæs*, ad *Nordmoen*, ad *Skjeggenæs* in pratis, inter *Fagerliddal* & *Finsund* & alibi; in insula *Tromsö* & continente adjacente; in *Skjervö* ad *Sokkelvig*, in insulis *Skjervö* & *Hukö;* ad *Komagfjord*, ad *Lille-Lærrisfjord;* in parochia *Hammerfest* ad partem superiorem convallis *Riperfjorddal;* in insula *Maasö*, ubi latit. bor. 71° attingens; in *Porsangria* ad *Börselv*, inter *Stabursnæs* & *Valdak*; in *Varangria boreali* ad *Paddeby*; in *Varangria meridionali* ad *Svanvig*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ad *Beskinjarga.*

### 113. GENTIANA CAMPESTRIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö* & *Muldjord* (qvoqve flore albo) per convallem procedens usque ad *Heminghyt*, ibi frequenter copiose ad latera jugi paullo adscendens; in *Bejerenfjord* ad *Rostnæsodden*; in *Gildeskaal* ad *Dal;* ad *Bodö*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*; in *Throndenæs* ad prædia *Skaanland* et inter hæc & *Lysvand*; in *Sör-Reisen* ad *Sörströmmen*, ad *Nordströmmen*, ad *Dybvaag*, prope *Tömmervigvand*; in insula *Senjen* ad partem interiorem convallis *Laxelv* supra *Troldbuvand* copiose, ad *Langhoug* tractus *Græsmyrskoven*; in *Skjervö* ad *Rotsundelv* (qvoqve flore albo) copiose & altius in clivos adscendens, ad *Sokkelvig*, in insulis *Skjervö* (qvoqve flore albo) & *Hukö*, ibi latit. bor. 70° ægre transgrediens.

### 114. GENTIANA AMARELLA, *L.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad *Ungsmalö;* in *Throndenæs* ad prædia *Skaanland.*

### 115. GENTIANA INVOLUCRATA, *Rottb.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad littora prope *Solö;* in *Ofoten* ad *Evenæs* ingrediens a littore in isthmum c. ¼ milliar.,

ad *Ungsmalö;* in *Throndenæs* ad prædia *Skaanland* copiosissime; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen* copiose, in montem *Bærkollen* 3—400 ped. supra mare adscendens, ad *Finsæt* a littore hodierno remotius; in insula *Senjen* ad ostium fluminis *Laxelv*, ad *Kvanaas*, ad *Gibbostad;* in alpem *Flöifjeld* prope *Tromsö* adscendens ad vel paullo supra terminum Betulæ; in insulis *Skjervö* & *Hukö;* in insula *Seiland* ad *Komagnæs;* in parochia *Hammerfest* ad littus occidentale sinus *Riperfjord*, unde ingrediens per convallem *Riperfjorddal*, sc. adhuc occurrens ad arenosa supra prædium supreme habitantis c. 2 milliar. a mari remotum; in *Porsangria* inter *Stabursnæs* & *Valdak*, ad introitum sinuli *Kulvig*, ad *Repvaag;* in *Finmarkia orientali* ad *Kjöllefjord.*

116. GENTIANA SERRATA, *Gunn.*

Hab. qvoqve in *Kvænangen* inter *Lilleströmmen* & *Navet;* in parochia *Hammerfest* ad littus occidentale sinus *Riperfjord;* in *Porsangria* ad ostium fluminis *Börselv.*

## POLEMONIACEÆ.

117. POLEMONIUM CÆRULEUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lidlandskaret;* in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö* passim; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren*; in *Throndenæs* ad colles prope *Skaanland;* in *Salangen* ad jugum prope *Nedre-Vand*; in *Sör-Reisen* ad *Bærkollen* copiose, *Violæ tricoloris*, *Viciæ Craccæ* & cet. socium, altitudine 7—800 ped. supra mare; ad *Havneholmen* prædii pastoris *Tranöensis* copiose; in insula *Senjen* prope *Gibbostad;* in alpem *Flöifjeld* prope *Tromsö* ad vel paullo supra terminum Betulæ adscendens; in *Skjervö* ad insulam *Hukö;* in parochia *Hammerfest* ad littus occidentale sinus *Riperfjord*, ibi latit. bor. 70° 26—30 attingens; in *Porsangria* inter ostium fluminis *Börselv* & *Hestenæsset* (forsitan non omnino certum, autumno serotino mancum lectum).

* POLEMONIUM CÆRULEUM * CAMPANULATUM, *Th. Fr.*

Hab. in betuletis præcipue inundatis riparum fluminum *Finmarkiæ continentalis* interioris, ubi centrum dispersionis per hunc agrum manifeste est, sc. juxta fl. *Altenelv* loco c. 1 milliar. infra templum *Masi* posito, ad tractum hujusce templi, ad *Duogasjmoske*, his locis frequentissime copiose,

prope *Lappojavre* ex. gr. in insula, ibi in regione betulina superiore, dein ad *Sjuosjavre*, juxta fl. *Karasjok* ad lingvam pagi *Karasjok*, ad *Beskinjarga* & interius usque ad inosculationem rivi *Bavtejok*.

117b. POLEMONIUM PULCHELLUM, *Bunge*.

Hab. nov. civ. Flor. Scandinaviæ optime evoluta ad loca graminosa littoralia solo calcareo gaudentia ad *Bugönæs Varangriæ meridionalis*, ubi copiose occurrens latit. bor. 69° 57—58 attingit. Inter tres formas *Polemonii*, qvibus Flora arctica Norvegiæ ornata est, *P. cæruleum* ut forma aprica littorali-occidentalis, *P. campanulatum* ut umbrosa continentali-suborientalis, *P. pulchellum* ut aprica eximie orientalis considerandum est, cum ad dispersionem per tractum hunc solum nec alibi respiciamus.

117c. DIAPENSIA LAPPONICA, *L*.

Hab. qvoqve ex. gr. in *Bejeren* ad *Arstadaasen*, ibi ad terminum Betulæ jam apparens, ad jugum supra *Hemmghyt*; in *Ofoten* ad *Laxetind*; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld* supra terminum Salicum majorum, ad alpes prope *Östgaard* convallis *Gumpendal*; in *Maalselven* ad *Falkebjerget* convallis *Tagelvdal*, ad *Mauken* ad terminum Betulæ jam apparens, ad *Kalvehovedet* c. 1300 ped. supra ripas fluminis, ad *Langfjeldene* juxta *Beinelv*, ad alpes supra *Sörlid* convallis *Dividal*, ad jugum inter *Tagvand* & *Sagvand* infra terminum Pini apparens & cet., per Finmarkiam proprie dictam littoralem & sublittoralem frequens; in *Varangria meridionali* ad juga prope *Elvenæs*, nec non latere *Rossico* ad alpem *Galgoaive*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ad cacumen alpis *Dafteroavve* parcior & macrior.

## BORAGINEÆ.

118. MYOSOTIS ARVENSIS, *Hoffmd*.

Hab. qvoqve ad agros in *Bejeren* ad *Arstad*, ad *Solö* copiose, inde per convallem usque ad *Troelid*; ad *Bodö*; in *Throndenæs* ad prædia *Skaanland* copiose; ad prædium pastoris *Tranöensis*; nec non in *Alten* ad *Mandsverk* convallis *Tverelvdal*, ubi certe adventitia. Ut videtur, species in hoc agro tam qvoad corollam qvam habitum ad *M. alpestrem*, per magnam partem territorii frequentem, magis vergit qvam in terris australioribus.

119. MYOSOTIS CÆSPITOSA, *Schultz.*

„*Myosotis* (?) *sp.*" Ind. suppl. Norv. arct. p. 28 hæc est, qvam Th. Fries loco indicato florentem reperit, ibi latit. bor. 69° 36–40. Citra *Nordcap* non longius arctoam versus a me observata est qvam ad fines *Nordlandiæ* prope *Nærö.*

120. ECHINOSPERMUM DEFLEXUM, *Lehm.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen;* in *Ofoten* prope *Evenæs* ad viciniam proximam littoris; in *Salangen* ad clivos prope effluvium lacus *Övre-Vand* copiosius qvam alibi provinciæ visum; in *Sör-Reisen* supra *Finsæt*; in *Maalselven* ad radicem alpis *Mauken* supra *Nordmo*; in *Varangria boreali* ad radicem jugi *Flintenæsen* prope *Jakobselv,* ibi latit. bor. attingens 70° 8—9, sic longius arctoam versus qvam id e Finmarkia occidentali prius indicavi.

120b. LITHOSPERMUM OFFICINALE, *L.*

Hab. nov. & inopinata civis Flor. arct. in *Bejeren* ad clivos supra *Solö* & *Muldjord* & ad *Arstadaasen,* ubi copiosius. Planta omnino spontanea, optime evoluta, robusta, florens & fructifera ibi latit. bor. attingit c. 66° 59.

121. STENHAMMARIA MARITIMA, *Reich.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad *Evenæs,* ad *Ungsmalö*; in *Throndenæs* ad prædia *Skaanland*; in *Sör-Reisen* ad ripas lacus subsalsi *Reisenvand,* ubi sociæ ejus *Haloscias scotica, Juncus botnicus* & cæt.; in insula *Senjen* ad *Gjövig,* ad *Kvanaas*; in insula prædii pastoris *Tranöensis*; prope *Tromsödal*; ad *Lille-Lerpollen* sinus Tanafjord &cæt.

122. ASPERUGO PROCUMBENS, *L.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad tractum prædii *Lidlandskaret.*

## LABIATÆ.

124. SCUTELLARIA GALERICULATA, *L.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* inter *Lerosen* & *Lidland*, prope *Sommervig* ad littora ipsa maris; nec non in *Maalselven* ad prædia *Rosvold.*

125. GALEOPSIS TETRAHIT, *L.*

Hab. qvoqve ex. gr. in *Bejeren* ad *Solö*; in *Ofoten* inter *Lerosen* & *Lidland* passim etiam in pratis, in alpem *Laxetind* 4—500 ped. supra mare adscendens; in *Kvæfjord* frequenter; in *Throndenæs* ad *prædium pastoris* qvoqve in

littore maris; in *Salangen* ad clivos prope effluvium lacus *Övre-Vand* extra culta; in *Sör-Reisen* supra *Finsæt* extra culta, etiam ad lapidosa fere inaccessibilia prope *Dybvaag*; in insula *Senjen* interiore prope *Troldbuvand*, ad *Elvebakken*; in *Maalselven*, ubi frequentissima in agris, supra *Nordmoen* ad radicem alpis *Mauken* a cultis remotius; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*, per convallem *Reisendal* ad *Vinnelys*, ad *Sappen*, dein ad *Sokkelvig* in littore maris, item in insula *Hukö* (latit. bor. 70° 1); in parochia *Hammerfest* ad domicilia supreme habitantis convallis *Riperfjorddal*; in *Varangria boreali* ad ripas maxime lapidosas fluminis *Jakobselv* ab omni cultura remotas & fere inaccessibiles sub præruptis rupium sitas. Ubi agri adsunt, fere ubique, ut videtur, reperienda est.

126. GALEOPSIS VERSICOLOR, *Curt.*

Hab., per Nordlandiam meridionalem præcedente passim copiosior sed septentrionem versus rarescens nec ullibi provinciæ extra culta visa, qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, inde per totam convallem procedens; ad *Bodö*; in *Ofoten* ad *Lidland* & *Lidlandskaret*; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*; in insula *Senjen* ad *Solberg*, ad *Laxelv* copiose, ad *Grönlid*, ad *Kvanaas*, ad *Elvebakken*; in *Lenvig* juxta *Roksfjord*, ad *Finfjordeidet*; in *Maalselven* per convallem passim (anno qvidem 1865), ad *Nordmoen* copiosius; in *Alten* (anno 1864) ad *Mandsverk* convallis *Tverelvdal* visa, ibi certe adventitia cum seminibus exteris seminata.

127. PRUNELLA VULGARIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstad* & *Solö* inde per convallem usque ad *Troelid* ingrediens, adhuc ad radices jugi prope *Heminghyt* copiose; ad *Rostnæsodden* sinus *Bejerenfjord*; in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen* frequenter, unde in radicem alpis *Laxetind* 4—500 ped. supra mare adscendens, & per convallem intra *Lerosen* a cultis remotius ingrediens & in clivos septentrioni expositos 900—1000 ped. supra mare adscendens; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren*, ad *Kvæfjordeidet* prope *Rödmuldheien* & alibi ad clivos graminosos frequenter; in *Throndenæs* ad totum tractum inter *Seljestad* & *prædium pastoris*, ad prædia *Skaanland* copiose; nec non in *Salangen* ad *Sjöveien*.

127 b. STACHYS SYLVATICA, *L.*

Hab., antehac e *Sörfolden* a *Wahlenberg* indicata, qvoqve in *Bejeren* socia *Aconiti* frequenter nec parce sc. supra *Solö & Muldjord,* ad radicem alpis *Seglfjeld,* ad *Arstadaasen,* ad radicem jugi prope *Heminghyt,* ad *Troelid*; in *Gildeskaal* per tractum inter *Skovvold & prædium pastoris* passim; in *Ofoten* inter *Lerosen & Lidlandskaret* in alnetis pygmæis clivorum siccorum frequentius, intra *Evenæs* passim copiose sub præruptis rupium, ibi *Rubi idæi, Gei rivalis, Spirææ Ulmariæ* socia; in *Throndenæs* inter *Lille-Skaanland & Lysvand*; in *Salangen* prope effluvium lacus *Övre-Vand* (c. 68° 50), nec non in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen* in montem *Bærkollen* c. 600 ped. supra mare adscendens, ibi latit. bor. attingens 69° 9—10.

127 c. AJUGA PYRAMIDALIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Troelid*; in *Ofoten,* unde jam a *Sommerfelt* allata, ad *Lidland & Lidlandskaret,* ad tractum prædii *Evenæs,* a Zetterstedt memorata frequentior; in *Vesteraalia* ad *Hadselö* passim nec parce; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig & Vogteren,* ad *Kvæfjordeidet* loco elevatiore prope *Rödmuldheien*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstad* passim, ad colles inter prædia *Skaanland* copiose; in insula *Senjen* prope *Lysbottenvand* loco c. 200 ped. supra lacum elevato, ibi latit. bor. attingens 69° 22—23.

+ MENTHA ARVENSIS, *L.*

Planta, qvam in confiniis Nordlandiæ ad *Nærö* sponteneam legi & qvam *Sommerfelt* adventitiam in hortis *Saltdaliæ* observavit, in agro arctico forsitan investiganda est.

## PERSONATÆ.

127d. LINARIA VULGARIS, *Mill.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ Norv. in *Nordlandia* ad *Grötö,* unde optimus *Haukland* specimina luculenta misit. Ibi latit. bor. attingit 67° 42—46.

128. LIMOSELLA AQVATICA, *L.*

Hab., antehac e *Nordlandia* non indicata, ad littora maris extra *Solö* convallis *Bejeren.*

129. VERONICA OFFICINALIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö & Muldjord,* ad radicem jugi prope *Heminghyt,* ad *Troelid*; in *Gildeskaal* supra *Indyr*; in *Ofoten* ad *Lidland,* in alpem *Laxetind* 5—

600 ped. supra mare adscendens & ad latus convallis adjacentis septentrioni expositum 8—900 ped. supra mare; in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö*, ibi prope *Melbo* c. 700 ped. & ad *Husebykollen* 900—950 ped. supra mare adscendens; in *Kvæfjord* supra *Vig* & *Vogteren* & ad radicem montium isthmi *Kvæfjordeidet*; in insula *Rollen* prope *Ibbestad*; in *Sör-Reisen* prope *Tömmervigvand*; in insula *Senjen* ad partem interiorem convallis *Laxelv*, prope *Gibbostad* copiose, juxta *Hegvand* & *Lysbottenvand*; in *Maalselven* ad *Moen*, ad radicem alpis *Mauken* supra *Nordmoen*, supra *Nergaard*, supra *Ulleberg* convallis lateralis *Dividal*, ad *Kirkemo* convallis *Bardu*, nec non ad ostium littorale convallis principalis in radice alpis *Vasbrönden*; in *Balsfjord* ad *Myre* prope *Sagvand*; in *Skjervö* ad clivos supra *Rotsundelv*, in insula *Hukö* (70° 1); nec non in *Alten* in clivos supra littus boreale sinus *Rafsbotten* altius qvam 500 ped. supra mare adscendens.

130. VERONICA LONGIFOLIA, *L.*

Hab. qvoqve in *Porsangria* inter *Valdak* & *Stabursnæs*, ad ripam borealem fluminis *Staburselv*; in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*; in *Varangria boreali* supra *Nyborg* in jugum c. ½ milliar. a littore maris ingrediens, ibi c. 600 ped. adscendens; in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv* usque ad tractum prædii *Svanvig* prope *Klostervand* ingrediens, sed intra hoc nullibi visa; præterea in *Finmarkia* continentali interiore frequenter copiose ad ripas fluminum, sc. juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ad locum c. 1 milliar. extra templum *Masi*, ad tractum hujusce, ad *Duogasjmoske*, in jugo ipso prope lacum *Lappojavre*, ad *Sjuosjavre*, juxta fl. *Karasjok* ad *Mannevarrenjarga* & cæt., juxta partem interiorem fluminis *Tanaelv* ad *Holmen*, ad *Bavda*, juxta partem interiorem fluminis *Anarjok* latere *Fennico* ad *Jaskisjavre*.

130 b. VERONICA CHAMÆDRYS, *L.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr*, ad *prædium pastoris*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö* supra prædium *Melbo* paullo adscendens, qvæ loca sola sunt, ubi a me hactenus visa est.

131. VERONICA SCUTELLATA, *L.*

Hab. qvoqve in *Maalselven*, unde a *Lund* jam indicata, in parte interiore convallis ad *Nordmoen*, dein paullo intra *Övergaard*; in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl.

*Karasjok* ad *Vollusnjarga* copiosius, ad *Oadsessajenjarga*, nec non juxta partem interiorem fluminis *Tanaelv* latere *Fennico* ad *Virgevagge*. In *Maalselven* forma quum *glabra* (*Nordmoen*), tum *villosa* adest, in *Finmarkia orientali villosa* sola hactenus observata.

131 b. VERONICA SERPYLLIFOLIA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord*, supra *Heminghyt*; in *Ofoten* in clivos convallis supra *Lerosen* 8—900 ped. supra mare adscendens; in isthmo *Kvæfjordeidet*; in *Salangen* prope lacum *Övre-Vand*, per convallem *Salangdal* usque ad prædium *Kollen* ingrediens; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ibi in montem *Bærkollen* 8—900 ped. supra mare adscendens; in insula *Senjen* ad *Bakkehaug* & ad radicem montis *Renlidkollen* ingrediens, ad tractum prædii *Klöven*, prope *Gibbostad*; in insula prædii pastoris *Tranö*; in *Lenvig* in partem elevatiorem isthmi inter *Finfjordvand* & *Maalselven* positi adscendens; in *Maalselven* ex. gr. ad *Lerbekmo*, ad *Fleskenoen*; in insula *Tromsö* frequenter; in insula *Hukö* passim (70° – 70° 1); nec non ad tractum pagi *Talvig*.

132. MELAMPYRUM PRATENSE, *L.*

Hab. qvoqve ex. gr. in *Bejeren* ad *Solö*; in *Ofoten* supra *Lerosen*, ad *Evenæs*; in isthmo *Kvæfjordeidet*; in *Sör-Reisen* prope *Tömmervigvand*; in *Salangen* ad *Lund*; in insula *Senjen* ad *Kvanaas*, ad *Gibbostad*; in insula prædii pastoris *Tranö*; in *Lenvig* inter *Renelvmo* & *Renvand*; in *Maalselven* ad *Nordmoen*, juxta *Beinelv*, ad *Stormoen* & cæt. frequenter; in insula *Tromsö* & continente adjacente frequenter; in *Skjervö* per convallem *Reisendal* ad *Vinnelys*, ad *Seima*, in insula *Hukö*; in *Alten* frequenter, per totam convallem *Tverelvdal* copiosum, ibi in alpem *Nalganas* ad terminum Betulæ adscendens, dein ad *Gammasvarre* prope terminum Betulæ procedens; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal*; in *Porsangria* ad *Börselv*; in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; in *Varangria meridionali* juxta *Pasvigelv* ad *Elvenæs*, ad *Borisgleb*, unde copiose procedens ad effluvium lacus *Klostervand*, ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*, inter *Goalsejavre* & *Bossojavre*, prope *Gaddeluobal*, nec non latere *Rossico* ad *Store-Menikasö*, in alpem *Galgoaive* supra terminum Betulæ adscendens, dein juxta

partem inferiorem fluminis *Neidenelv* frequens; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ad locum c. 1 milliar. extra templum *Masi* & ad tractum templi freqventer, in jugo interiore ipso ad betuletum prope *Gætkasjduodar*, ad *Sjuosjavre*, juxta fl. *Karasjok* ex. gr. ad *Assebakte* copiose, juxta partem interiorem fluminis *Tanaelv* ad *Storfossen*.

133. MELAMPYRUM SYLVATICUM, *L.*

Hab. qvoqve ex. gr. in *Bejeren* ad *Solö*; in *Ofoten* ad *Lidland*; in isthmo *Kvæfjordeidet*; in *Salangdal* ad *Lund*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*; in insula *Senjen* ad *Tranöbotten*, ad *Kvanaas*, ad *Gibbostad;* in *Lenvig* inter *Renvand* & *Renelvmo*; per *Maalselven* frequenter, in alpem *Mauken* supra terminum Betulæ paullo adscendens, ad *Skjeggenæs* copiose, in alpes *Langfjeldene* prope Beinelv ad terminum Betulæ adscendens; in insula *Tromsö* & continente adjacente; in *Skjervö* per convallem *Reisendal* ad *Vinnelys* &c.; in convallibus *Altensibus* frequenter; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen;* in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs*, unde ad effluvium lacus *Klostervand* procedens; præterea prope limitem *Finmarkiæ continentalis* interioris ad *Spjerkojokka*. Species *Melampyri* tantummodo annotavi, ubi eas florentes & sine ulla hæsitatione distingvendas offendi; loca secundum specimina fructifera referre nolui, ne omnino certa cum minus certis miscerem.

135. PEDICULARIS SCEPTRUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen* supra terminum Betulæ, ad convallem lateralem *Arstaddal*, ad partem interiorem convallis principalis in ripis fluminis inter *Heminghyt* & *Troelid* (infra terminum culturæ Hordei); in insula *Senjen* ad ripas fluminis *Laxelv* infra *Jonsgaard*, intra *Grönlid* (utroque loco infra terminum culturæ Hordei); in *Lenvig* ad *Finfjordeidet*; in *Maalselven*, unde prius non indicata, prope *Skjeggenæs* (infra terminum culturæ Hordei); in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal*; in jugo vasto inter hanc convallem & *Russemark Porsangriæ* paullo supra terminum Betulæ, præcipue frequenter locum ultimum propius; in *Porsangria* ad ripam borealem fluminis *Staburselv*, ad *Börselv* prope *Hestenæsset* & in parte exteriore convallis; in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*; in *Varangria meridionali* prope *Övre-Klostervand* ad paludes vastas ex adverso insulæ *Menikasö*, ad catarac-

tam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*, inter *Vagetimjavre* & *Bagjajavre*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Duogasjmoske*, ad jugum ipsum inter *Lappojavre* & *Gætkasjduodar*, inter hunc locum & *Sjuosjavre*, prope hunc lacum, nec non juxta partem interiorem fluminis *Tanaelv* ad *Holmen*.

136. PEDICULARIS PALUSTRIS, *L*.

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Grönvatne* convallis interioris elevatius supra mare nec alibi hujusce tractus visa; in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*, unde per convallem intra hoc ad altitudinem c. 100 ped. supra mare (qvoqve flore albo), intra *Evenæs* circum lacum *Kirkevand* (qvoqve flore albo); in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö* prope *Melbo*; in *Sör-Reisen* prope *Reisenvand*, ad *Nordströmmen*; ad prædium pastoris *Tranöensis*; in insula *Senjen* inter prædia *Kvanaas*, unde per *Græsmyrskoven* intra *Kvanlidmo* ad altitudinem c. 300 ped. supra mare ingrediens, ad tractum prædii *Gibbostad* frequenter copiose (qvoqve flore albo); in *Lenvig* prope *Finfjordvand* copiose; in *Maalselven*, unde prius non indicata, prope lacum interiorem *Tagvand*, circumcirca a jugo montano inclusum, nec alibi hujusce tractus hactenus visa; dein in *Varangria meridionali* juxta *Pasvigelv* ad sinulum lacus *Klostervand* intra prædium *Brandhoug* situm, ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*, inter *Goalsejavre* & *Bossojavre*, ad *Gaddeluobal*, inter *Vagetimjavre* & *Bagjajavre*, ad flumen ipsum intra *Bagjajavre*, nec non latere *Rossico* ad *Store-Menikasö*, infra radicem alpis *Galgoaive*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore maxime inopinata prope lacum supra mare altius elevatum *Sjuosjavre*, dein qvoqve juxta fl. *Karasjok* ad *Vajemokkenjarga*, locum illo multo humiliorem, tamen altitudine plus 400 ped. supra mare.

137. PEDICULARIS HIRSUTA, *L*.

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* ad cacumen alpis *Middagsfjeld* supra terminum Salicum majorum; in *Maalselven* ad alpes *Istinderne*, ad *Mauken*, ad *Langfjeldene* prope *Beinelv*, omnibus locis supra terminum Betulæ nascens.

137b. PEDICULARIS FLAMMEA, *L*.

Hab. planta rarior Norvegiæ in *Maalselven* juxta *Beinelv* ad latera alpium *Langfjeldene*, ibi c. 400 ped. supra terminum Betulæ apparens & c. 900 ped. supra eundem desi-

stens. Hoc loco latit. bor. attingit 68° 53—56. Sic Florula Maalselvensis, antea unica specie ***Pedicularis*** notata, nunc qvinque numerta.

137c. SCROPHULARIA NODOSA, *L.*

Hab., antehac ad unicum locum ***Nordlandiæ Sörfoldensis*** a *Wahlenberg* lecta, qvoqve in ***Ofoten*** ad radicem rupium calcarearum intra ***Evenæs*** positarum, ibi optime evoluta & copiosa, a ***Stachyde sylvatica, Spiræa Ulmaria, Ribesi rubro, Tritico canino*** comitata (latit. bor. c. 68° 28—29); præterea in isthmo ***Kvæfjordeidet*** tractus littoralis exterioris ad locum supra mare elevatiorem a ***Rödmuldheien*** non remotum (68° 45—47); nec non in ***Salangen*** ad clivos prope effluvium lacus ***Övre-Vand,*** ibi qvoqve ***Stachydis sylvaticæ*** socia, latit. bor. attingens c. 68° 50.

## LENTIBULARIEÆ

138b. UTRICULARIA MINOR, *L.*

Hab. qvoqve in ***Ofoten*** in lacunis paludosis prope ***Kirkevand;*** præterea in ***Finmarkia continentali*** interiore in lacu supra mare elevatiore ***Lappojavre.*** Utroque loco tantummodo sterilis lecta est.

139b. PINGVICULA VILLOSA, *L.*

Hab. qvoqve in ***Maalselven***, unde prius non notata, ad radicem alpis ***Ruten*** prope terminum Pini, dein juxta ripam australem fluminis adjacentis ***Beinelv*** longius infra terminum Pini; in ***Alten***, unde prius indicata, ex. gr. ad alpem ***Pescades*** supra terminum Betulæ; nec non in ***Varangria meridionali*** prope ***Klostervand*** ad paludes vastas ex adverso insulæ ***Menikasö*** passim, ad cataractam inter ***Klostervand & Goalsejavre.***

## PRIMULACEÆ.

140. GLAUX MARITIMA, *L.*

Hab. qvoqve in ***Ofoten*** inter ***Lidland & Lerosen***; in ***Kvæfjord*** intra prædia ***Vig & Vogteren***; in ***Throndenæs*** ad prædium pastoris; in insulis prædii pastoris ***Tranöensis***; in insula ***Senjen*** ad ***Stagenæs***, ad ***Kvanaas***, ad tractum prædii ***Gibbostad***; in ***Sör-Reisen*** ad ***Nordströmmen***; nec non in ***Balsfjord*** ad ***Storstennes.***

141. NAUMBURGIA THYRSIFLORA, ***Reich.***

Hab. in ***Sör-Reisen*** ad isthmum inter ***Dybvaag & Tömmervigvand*** copiose, ibi latit. bor. 69° 11—12 attingens.

142, PRIMULA STRICTA, *Hornm.*

* *Obesior*, a forma primaria differens robustiore statura, scapo crassiore, bracteis pedunculos florigeros breviores æqvantibus, præcipue tamen inflorescentia 5—10-flora, dein qvoqve virescentia saturatiore, foliis longius pedicellatis, juvenilibus erectioribus. Accedit ad *P. scoticam*, a qva distingvitur foliis adultis demum omnino nudis, laciniis corollæ apicem versus minus dilatatis.

Hab. ut forma *obesior* in *Maalselven*, unde species antehac non notata, juxta fl. *Divielv* ad *Divimo*, ad *Svestad*, ad *Sörlid*, nec non in *Alten* ad *Bossekop*, ut prius indicavi; porro forma *primaria* in *Porsangria* ad *Russemark*, ad introitum sinuli *Kulvig*, ibi latit. bor. attingens 70° 28 - 29; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad ripas fluminis *Karasjok* paullo intra ostium affluentis *Jesjok*, inde ad ostium rivi *Bavtejok* procedens.

143. PRIMULA SCOTICA, *Hook.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad littora paullo extra *Solö*; in *Gildeskaal* ad *Dal*; in *Ofoten* ad *Ungsmalö*; in *Throndenæs* ad *prædium pastoris* & ad tractum prædii *Seljestad*; in *Salangdal* ad alpes prope *Lund*, supra terminum *Betulæ* copiose nascens, qva in regione non alibi provinciæ visa, nec ibi ad fundum convallis observata. *Wahlenbergii* „*P. farinosa β. stricta*“ habitans „per totam Nordlandiam“ verisimiliter pro majore parte hæc est, qvæ præcedente multo frequentior per hanc terram videtur.

## PLUMBAGINEÆ.

145. ARMERIA MARITIMA, *Wild.*

Hab., antehac tantummodo e duobus locis agri indicata, qvoqve in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö* v. rectius ad insulam minimam prædio *Melbo* illius adjacentem.

146. ARMERIA SIBIRICA, *Turcz.*

Hab. qvoqve in *Porsangria* ad cacumen alpis *Silfavarre* convallis *Börselv*, unde eam ad jugum ex adverso illi prope alteram ripam fluminis positum prius indicavi.

## PLANTAGINEÆ.

147. PLANTAGO MAJOR, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö* & *Muldjord*, inde per convallem ingrediens ad *Heminghyt* & *Troelid*, ubi etiam

ad loca elevatiora; in *Ofoten* inter *Lidland & Lerosen*; in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö*; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig & Vogteren*; in *Throndenæs* ad *Lille-Skaanland*, unde juxta viam ingrediens ad *Nipen*; in *Salangen* usque ad *Præstebakken* c. 1 milliar. a littore ingrediens; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ibi in montem *Bærkollen* c. 600 ped. supra mare adscendens, ad *Bakkejord*, ad *Finsæt*, unde per convallem ingrediens ad *Sörfosbogen*; in insula *Senjen* ad *Gibbostad* jam a *Zetterstedt* notata; in *Lenvig* ad *Finfjordvand*; in parte interiore convallis *Maalselven* ad *Mosseltmo* prope *Sagbekken*, ad prædia *Sverresvold* & præcipue ad *Kongslid* copiose, dein viam inter utrumque seqvens, qvoad copiam sensim deficiens remotius a prædiis & ad partem mediam viæ omnino evanescens, qvem tractum in nostro seculo primum colonisatum esse admonendum est; nec non in insulis *Skjervö & Hukö*, qvo ultimo loco sat copiose & ad latera jugi calles pecudis elevatius seqvens, ibi latit. bor. 70° ægre transgrediens.

## CHENOPODEÆ.

150. SALICORNIA HERBACEA, *L.*

Hab. in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*, unde prius a me indicata, pluribus locis nec parce ex. gr. ad *Seljestad;* nec non in insula minima *Havneholmen* prædio pastoris *Tranöensis* adjacente parce visa, ibi latit. bor. attingens c. 69° 10.

150b. CHENOPODIUM ALBUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Heminghyt;* in *Ofoten* ad *Lidland;* in *Kvæfjord* ad prædia *Vig & Vogteren;* in *Maalselven* ad *Skjeggenæs;* in insula *Tromsö* passim adventitium, nunc apparens, nunc evanescens, nec non in insula *Skjervö* (anno 1865 qvidem).

150c. ATRIPLEX LITTORALIS, *L.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Scand. in confiniis *Nordlandiæ* ad *Nærö,* ubi fructificans lecta, nec non in *Throndenæs* ad prædium pastoris, ubi tamen specimina juvenilia reportata determinationem forsitan minus certam reddunt. Ultimo loco latit. bor. attingit 68° 49—50.

150d. ATRIPLEX HASTATA, *L. formæ!*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad *Evenæs,* ad *Ungsmalö;* in *Kvæfjord* ad insulam *Kvæö;* in *Throndenæs* ad *prædium*

*pastoris;* in *Sör-Reisen* ad *Gottesjord,* ad *Tömmervig,* in insula *Senjen* ad *Gibbostad*; in *Alten* prope *Bossekop;* ad *Komagfjord;* nec non ad *Kjöllefjord* Finmarkiæ orientalis.

150e. ATRIPLEX PATULA, *L. Varietas.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* inter *Lidland & Lerosen,* ad *Ungsmalsö,* ad *Evenæs;* in *Sör-Reisen* ad *Gottesjord;* in insula *Senjen* ad *Gibbostad;* in insula *Tromsö* & continente adjacente; in *Kvænangen* ad *Navet;* in insula *Hukö;* ad tractum prædii *Talvig*; in insula *Seiland* ad *Komagnæs;* in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjord*; in *Porsangria* ad *Russemark,* ad *Veinæs,* ad *Hestenæsset* prope ostium fluminis *Börselv*; in *Laxefjord* ad *Lebesby*; nec non in *Varangria meridionali* ad littora interiora qvidem sinus *Kjöfjord.*

+ SCHOBERIA MARITIMA, *Mey.*

Planta, qvam in confiniis *Nordlandiæ* ad *Nærö* legi, in agro arctico qvoqve qværenda est.

## ELÆAGNEÆ.

150f. HIPPOPHAE RHAMNOIDES, *L.*

Hab., antehac in *Saltdalen* lecta, qvoqve in *Stegen* ad radicem alpis *Præstkontinden* secundum specimen ab *Haukland* missum, ibi latit. bor. attingens c. 67° 56.

## THYMELEÆ.

150g. DAPHNE MEZEREUM, *L.*

Hab., antehac e *Saltdalen* indicata, qvoqve in *Bejeren* ad latera jugi supra *Solö & Muldjord,* ad radicem alpis *Seglfjeld,* ad *Arstadaasen,* ad latera jugi prope *Heminghyt* parcius; nec non in *Gildeskaal* supra *Indyr,* ad radices jugi & colles prope *prædium pastoris* copiose, ibi latit. bor. attingens 67° 3—4.

## MYRICEÆ.

150h. MYRICA GALE, *L.*

Hab., antehac in *Saltdalen* parcius a *Sommerfelt* visa, qvoqve in *Gildeskaal* ad tractum *prædii pastoris* uno loco copiosius; in *Stegen* & in *Lödingen* secundum specimina ab *Haukland* missa; nec non in insula *Rollen* prope *Ibbestad,* unde plures specimina miserunt, ibi latit. bor. attingens c. 68° 47.

## URTICEÆ.

151. URTICA DIOICA, *L.*

Hab qvoqve ex. gr. in *Bejeren* ad *Solö,* ad *Heminghyt* quum ad ædes tum in betuletis laterum jugi; in *Ofoten* ad *Lidland,* intra *Evenæs* in filicetis ut f. *silvestris* in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Salangen* ad *Sjöveien,* supra *Lund* (ut f. *silvestris*); in insula prædii pastoris *Tranö;* in *Sör-Reisen* in montem *Bærkollen* 7—800 ped. supra mare adscendens, ad angustias rivulorum supra *Finsæt* ut f. *silvestris* luxurians fere altitudine hominis; in insula *Senjen* ad *Kvanaas,* ad *Gibbostad;* in *Maalselven* ad radicem alpis *Mauken* a cultis remotius, ad radices alpium *Istinderne* supra *Brandmo* altius qvam 500 ped. supra ripas fluminis adscendens, per convallem lateralem *Bardu* ad radicem alpis *Blaaljerg* ut f. *silvestris*, nec non ad prædium pæne intimum *Strömsmo*; in *Skjervö* ad lapidosa clivorum supra *Rotsundelv,* prope *Vinnelys* convallis *Reisendal* ut f. *silvestris,* in insulis *Skjervö* & *Hukö* ad ædes; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal;* in *Porsangria* ad *Börselv,* ad *Repvaag;* ad *Kjöllefjord;* in *Varangria boreali* ad *Jakobselv;* in *Varangria meridionali* qvoqve prope *Klostervand* ad ædes prædii *Risto,* nec non latere *Rossico* ad pagum Lapponum permigrantium prope *Bagjajavre,* lacum proximum infra *Enare.*

## ULMACEÆ.

151 b. ULMUS MONTANA, *Sm.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Bejeren* ad radicem jug *Arstadaasen,* paullo elevate supra mare nascens, ibi latit. bor. attingens c. 66° 59. Non omnino parce occurrit. Adsunt specimina juvenilia & adulta ut arbores sat humiles, trunco ad ambitum altitudine pectorali 60 centim. menso, omnes faciei sanæ & rubustæ, foliis luculentis, optime evolutis, saturatius viridibus qvam in ulla alia arbore Floræ arcticæ nostræ. Die 15to Augusti æstatis miseræ anni 1867 fructus maturos p. p. jam delapsos obtulere.

## CUPULIFERÆ.

151 c. CORYLUS AVELLANA, *L.*

Hab. in *Stegen* ad radicem alpis *Præstkontinden,* unde *Haukland* specimina ramis & foliis bene evolutis misit, referens in litt., frutices non paucos ibi occurrere sed terræ pro-

cumbentes nec nisi a saxis suffultos altitudinem bi-qvadripedalem acqvirere. Ex eodem loco, ubi latit. bor. c. 67° 56 attingit, jam a *Gunnero* in Flor. Norv. verbis „uno frutice sterili" memoratur. Cum planta hæc post seculum totum elapsum loco suo perdurat, nec minus prospera, potius, ut videtur, ulterius propagata, etsi non fructificans, ei jus civitatis Floræ arcticæ vix majore jure denegari potest (ut vult *Wahlenberg*), qvam multis vegetabilibus aliis, cryptogamis & phanerogamis, tantum sterilibus & evolutionis miseræ lectis, qvæ tamen in omnibus Floris recipiuntur.

## SALICINEÆ.

152. SALIX PENTANDRA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solövand* (arborea); in *Oftoen* ad *Lidland*, ad tractum prædii *Evenæs* copiose; in isthmo *Kvæfjordeidet*; in *Throndenæs* ad *Lille-Skaanland* copiose (fruticosa); in *Salangen* prope *Elvevold* copiose ut arbores spectabiles trunco crassiore (ad ambitum altitudine pectorali usque ad 1, 48 met. menso); in *Sör-Reisen* in isthmo inter *Dybvaag* & *Tömmervig* copiose nunc arborea nunc frutescens saliceta mera constituens, prope *Reisenvand*, in montem *Bærkollen* ut frutex 900—1000 ped. supra mare adscendens; in insula *Senjen* ad *Laxelv* prope *Grönlid*, ad tractum prædii *Gibbostad* (fruticosa); in *Maalselven* ad *Moen* arborea, ad *Kirkenæs* (trunco arboreo procerissimo), ad *Skjeggenæs* (fruticosa); in *Balsfjord* ad *Storstennæs* copiose prope littora ipsa maris; in *Porsangria* prope ostium fluminis *Börselv* non a littore remote nec parce (fruticosa), ibi latit. bor. 70° 18—20 attingens; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ut arbor humilis ad latera jugi supra *Nitomokkejogasj*

152b. SALIX MYRTILLOIDES, *L.*

Hab. species Norvegiæ rarior, ut videtur, qvoqve in *Maalselven* ad paludem inter prædium *Nordmoen* & radicem alpis *Mauken* positam, parcissime tantum visa; in *Varangria meridionali* ad tractum inter *Elvenæs* & *Jarfjord*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad *Sjuosjavre* prope hospitium publicum copiose eximie evoluta, ibi in regione betulina elevatiore versans, dein ad rivum affluentem in jugo adhuc elevatiore frequenter.

152c. SALIX POLARIS, *Wg.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad *Laxetind*; ad alpes insulæ *Rollen* secundum specimen ad Pastore *Ellefsen* missum; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*; in *Maalselven*, unde a *Lund* primum indicata, postea, ut videtur, tacite revocata, ad alpes *Langfjeldene* prope *Beinelv*; in *Skjervö* ad cacumen jugi inter *Rotsundelv* & *Sörkjosen*, in insula *Hukö*.

153. POPULUS TREMULA, *L.*

Hab. qvoqve ex. gr. in *Bejeren* ad *Heminghyt*, ad *Solö*; in *Gildeskaal* ad tractum inter prædium pastoris & *Svovvold*; in *Ofoten* ad *Lidland*, ad *Evenæs*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*, hoc tractu littorali exteriore etiam ut arbor, immo trunco crassiore ex. gr. ad *prædium pastoris*; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren*; in *Throndenæs* ad *prædium pastoris*, ad tractum prædii *Harstadhavn* populeta constituens, ad prædia *Skaanland*; in *Salangen* juxta *Övre-Vand*; in *Sör-Reisen* ad *Sörfosbogen*; in insula *Senjen* prope *Gibbostad* qvasi arborea sed terræ omnino prostrata; in *Maalselven* ad *Nordmoen* ut arbor altior & procerior qvam vulgo in hoc agro, adhuc ad *Strömsmo* prædium pæne intimum convallis *Bardu*; in *Skjervö* per convallem *Reisendal* ad *Vinnelys*, ad *Hurrika* & cet., tantummodo fruticosa ad *Sokkelvig* & ad insulam *Sjervö* littoralis exterioris; in insula *Seiland* ad radicem alpis *Hönsebyfjeld* fruticosa pedalis; in *Porsangria* ad latus boreale fluminis *Staburselv* in vicinia littoris adhuc arborea crassitudine brachiali trunci, ad partem interiorem convallis *Börselv* a mari remotam arborea trunco usque ad 1, 2 met. in ambitu (altitudine supra radicem pectorali), sic ibi ut *arbor* latit. bor. 70° 18—20 attingens; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen* fruticosa pedalis; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv* fruticosa pedalis, dein sub hac forma, referente cl° *Nordvi*, per jugum intra *Klubvig* plus qvam 2 milliar. a littore ingrediens; in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv* ad *Elvenæs*, ad *Klostervand*, inter *Goalsejavre* & *Bossojavre*, ibi ut arbor sat spectabilis populeta constituens, nec non latere *Rossico* ad tractum alpis *Galgoaive*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Altenelv* ad *Spjerkojokka* fruticosa pedalis, juxta fl. *Karasjok* & partem interiorem fluminis *Tanaelv* ut arbor mediocris v. humilior frequenter.

## CONIFERÆ.

154. PINUS SYLVESTRIS, *L.*

Hab. qvoqve in littorali exteriore ad *Hadselö Vesteraaliæ,* ubi arbor unica adesse refertur; in *Sör-Reisen* ad partem interiorem convallis *Gumpendal* circum lacum specimina nonnulla parvula adhuc restant, & ædes in tractu pro majore parte a trabibus loco natis constructæ sunt; in insula *Senjen* ad partem interiorem convallis *Laxelvdal* nunc omnino devastata, ad ædes contignata, dum sceleta sola ad paludosa restantia a me visa sunt, ad monticulos prope *Gibbostad* ut arbores humiles deformes trunco conice evoluto, sed juxta *Lysbottenvand* insulæ interioris adhuc silva minor, integrior, trabifera, proh dolor ratione oeconomica mox securi evanitera; in *Salangen* silvas latiores constituens, per convallem *Salangdal* usque ad *Forset* ingrediens, intra hoc prædium omnino evanescens. Inter Pinos, qvæ ad convallem *Börselv Porsangriæ* (latit. bor. 70° 18—20) polo forsitan proximæ nascuntur, truncum a vento dejectum cacumine putrefacto destitutum observavi longum ultra 13 met., ad ambitum (altitudine pedali supra radicem) 2, 36 met. mensum.

---

# MONOCOTYLEDONES.

## POTAMOGETONEÆ.

155. POTAMOGETON NATANS, *L.*

Hab. qvoqve in *Kvæfjord* prope *Strömsbotten;* in *Throndenæs* inter *Skaanland* & *Nipen*; in *Lenvig* elevatius ad jugum inter *Langnæs* & littora maris.

157. POTAMOGETON PERFOLIATUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Throndenæs* in lacu prope *Nipen*; in *Varangria meridionali* in lacu *Goalsejavre*, ubi specimina usque 3,04 met. longitudine mensa; præterea in *Finmarkia continentali* interiore in lacu *Lappojavre* regionis betulinæ superioris, sed ibi sterilis solus visus.

158. POTAMOGETON PECTINATUS (?), *L.*

Hæc species (aut *P. marinus*) occurrit qvoqve in *Ofoten* intra *Evenæs*; nec non in lacu supremo fluminis *Pasvigelv*, *Bagjajavre* nominato (sterilis).

158b. POTAMOGETON MARINUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* intra *Evenæs;* in *Throndenæs* prope *Nipen;* in *Porsangria* ad *Börselv* loco c. $^1/_4$ milliar. a littore remoto et altero c. 1 milliar. a littore remoto, ibi latit. bor. attingens 70° 18—20.

159. POTAMOGETON RUFESCENS, *Schrad.*

Hab. qvoqve, ut secundum specimina juvenilia videtur, in lacu *Sjuosjavre Finmarkiæ continentalis* interioris, nec non in *Lappojavre* (adhuc incertior).

161. POTAMOGETON PUSILLUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Throndenæs* in lacu prope *Nipen,* sed sterilis, dum in *Alten* & in flumine *Anarjok* eum fructificantem legi.

162. POTAMOGETON GRAMINEUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Varangria meridionali* in *Bagjajavre;* nec non in *Finmarkia continentali* interiore in flumine *Altenelv* prope *Masi* (*heterophyllus*), in flumine *Jesjok*, in lacu *Sjuosjavre.*

162b. POTAMOGETON NITENS, *Web.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Throndenæs* in lacu intra prædium *Skaanland*, ibi latit. bor. attingens c. 68° 35.

163. ZOSTERA MARINA, *L.*

Hab. ut varietas *angustifolia* qvoqve in *Sör-Reisen* prope *Gottesjord*, in lacu subsalso *Reisenvand;* nec non prope ostium fluminis *Laxelv* insulæ *Senjen.*

163b. ZANNICHELLIA PALUSTRIS, *L.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ anno 1864 in *Varangria meridionali* prope *Elvenæs* quum in ostio fluminis *Pasvigelv*, tum in sinu extrajacente sub duabus formis, altera fructibus omnino lævibus, mox postea qvoqve ab amico *Th. Fries* lecta & publicata, altera fructibus dorso alatis tuberculose subcrenulatis, ibi latit. bor. attingens 69° 39—40.

## JUNCAGINEÆ.

164. TRIGLOCHIN PALUSTRE, *L.*

Hab. qvoqve ex. gr. in *Bejeren* prope *Solö,* ad *Hemnghyt*; ad *Bodö;* in isthmo *Kvæfjordeidet;* in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen;* in insula *Senjen* ad *Gibbostad;* in *Skjervö* ad insulam *Hukö;* ad *Komagfjord*, ad *Lille-Lærrisfjord*; in parochia *Hammerfest* ad littus occidentale sinus *Riperfjord*; in *Porsangria* ad tractum lacuum *Laxevandene*, ad *Börs-*

*elv* passim, ad *Russemark;* in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*; in jugum inter *Seida & Nyborg* supra terminum Betulæ adscendens; in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs*, sed interius prope fl. *Pasvigelv* tantummodo latere *Rossico* ad *Menikasö* notata; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad tractum templi *Masi*, nec non prope lacum *Sjuosjavre* ad rivum ei juxta hospitium affluentem.

165. TRIGLOCHIN MARITIMUM, *L.*

Hab., sat frequens ad littora maris, qvoqve ad ripam interiorem lacus subsalsi *Reisenvand* in *Sör-Reisen;* nec non in insula *Senjen* juxta fl. *Laxelv* ad paludem infra *Jonsgaard* c. $1/8$ milliar. a littore maris hodierno remotam.

## MELANTHACEÆ.

165b. VERATRUM ALBUM, *L.* β LOBELIANUM *Bernh.*

Hab. qvoqve in *Tanen* ad *Lille-Lerpollen* in virgultis *Betulæ nanæ* loco altius qvam 500 ped. supra mare elevato, ad *Store-Lerpollen* qvoqve loco elevatiore, ad jugum vastum inter hunc tractum & *Nyborg Varangriæ* positum juxta rivulos altitudine 7—800 ped. supra mare; nec non in *Kjöllefjord* ad ripas stagni c. 650 ped. supra mare elevati, ibi latit. bor. attingens c. 70° 57.

## LILIACEÆ.

166. ALLIUM SIBIRICUM, *L.*

Hab. qvoqve in insula *Senjen,* unde e *Gibbostad* a *Zetterstedt* indicatum, ad ostium fluminis *Laxelv* (latit. bor. c. 69° 14); in *Skjervö* ad *Rotsundelv*, ibi in radicem jugi elevatius adscendens, ad insulam *Skjervö;* in convallem sinui *Lille-Lærrisfjord* adjacentem c. $1/4$ milliar. a littore ingrediens; in *Alten* qvoqve ad *Eiby*, prædium c. 1 milliar. ab ostio fluminis remotum; nec non in *Porsangria* ad *Börselv* loco infra *Silfavarre* posito, c. 1 milliar. a mari remoto.

167. ALLIUM OLERACEUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen*; in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Ofoten* intra *Evenæs*; in *Vesteraalia* ad *Melbo* insulæ *Hadselö;* in *Kvæfjord* ad prædia *Vig & Vogteren* copiosius & passim in tractu adjacente; in *Throndenæs* per tractum prædii *Harstadhavn,* unde prius a me notatum, frequentius; in *Sör-Reisen* prope *Tömmervigvand* parcissime visum (latit. bor. 69° 11—12).

167b. GAGEA LUTEA, *Ker.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr* infra basin rupium, ubi per hiemem nix a ventis accumulatur & vere tarde solvitur, æstate persegni 1867 ultimis diebus Junii flores primos aperiens; nec non ad loca elevatiora isthmi *Kvæfjordeidet* a *Rödmuldheien* non remota, nascens in mediis virgultis *Rubi idæi* per declivia graminosa dispersis, socia Filicum majorum, *Epilobii montani*, *Chærophylli sylvestris*, *Rumicis acetosæ*, qvæ omnes dense intertextæ virgulta Rubi explent. A *Corydali fabacea* & *Paride qvadrifolia* comitata ante foliationem perfectam herbarum majorum floret, postea ab iis occultatur & tegitur. Æstate segniore 1866 flores primos die 6to Junii aperuit. Hoc loco latit. bor. 68, 48—49 attingit.

## SMILACEÆ.

168. PARIS QVADRIFOLIA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord*, ad *Arstadaasen*, ad latera jugi prope *Heminghyt;* in *Gildeskaal* ad *Dal* & passim per tractum adjacentem; in *Ofoten* ad tractum prædii *Evenæs* passim, in alpem *Laxtind* c. 900 ped. supra mare adscendens; in isthmo *Kvæfjordeidet*; in *Salangen* juxta *Övre-* & *Nedre-Vand*, per convallem usque ad *Lund* & prædium interius *Moholtet* ingrediens; in insula *Senjen* ad *Renlidkollen* partis interioris; in *Sör-Reisen* ad *Bærkollen;* supra *Finsæt;* in *Maalselven* supra *Moen*, supra *Grönlid*, ad radicem alpis *Mauken* supra *Nordmoen*, supra *Nergaard*, in *Kalvehovedet* altius qvam 900—1000 ped. supra ripas fluminis adscendens ad prædium interius *Rostamo*, per convallem lateralem *Bærdu* ingrediens usque ad prædium pæne intimum Strømsmo, ad radicem alpis *Blaabjerg* copiosissime, prope *Brandmo* altius qvam 500 ped. supra ripas fluminis adscendens; in *Alten* per convallem *Tverelvdal* ingrediens usque ad *Mandsverk;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ad tractum templi *Masi* prope rivum a lacu montano affluentem.

169. POLYGONATUM VERTICILLATUM, *All.*

Hab. qvoqve in *Bejeren*, macrius nec tam socialiter copiosum ut in tractibus aliis magis borealibus, supra *Muldjord* & *Solö*, ad *Arstadaasen*, supra *Heminghyt*, ad *Troelid*; in *Gildeskaal* supra *Indyr* & *Dal* passim per tractum; in

*Ofoten* inter *Lidland & Lerosen,* in alpem *Laxetind* c. 1400 ped. supra mare adscendens, in alnetis clivorum inter *Lidland & Lidlandskaret* giganteum, c. 1/4 milliar. intra *Evenæs* infra radicem rupium socialiter copiosum; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig & Vogteren,* in isthmo *Kvæfjord-eidet;* in *Throndenæs* ad *prædium pastoris,* inter *Skaanland & Lysvand;* in *Salangen* prope effluvium lacus *Övre-Vand,* supra *Krogen* (non „Kløven" ut erronee in *Ind. suppl.* dictum), supra prædium interius *Lund;* in *Sör-Reisen* prope *Tömmervigvand*, ad *Dybvaag*, ad *Nordströmmen*, ibi in montem *Bærkollen* c. 800 ped. supra mare adscendens, juxta rivulos supra *Finsæt* socialiter copiosum & giganteum; in insula *Senjen* proportionaliter parcius ad *Langhoug* districtus *Græsmyrskoven*, prope *Kvanaas*, juxta lacus *Lysbottenvand & Hegvand*; in *Maalselven* frequenter socialiter copiosum agri instar plagas totas radicis jugorum præcipue in convalle interiore mere vestiens ad montem *Akka*, supra *Olsborg & Moen* frequenter, ad convallem adjacentem *Tagelvdal*, supra *Grönlid*, supra *Nordmoen*, in alpem *Kalvehovedet* 900—1000 ped. supra ripas fluminis adscendens, supra *Nergaard*, supra *Överby*, supra *Kongslid* luxurians copiosissimum; ibi in radice alpis *Rostafjeld* terminum Betularum fruticose evolutarum omnino attingens, in convalle *Bardu* in radicem alpium *Istinderne* c. 500 ped. supra ripas fluminis adscendens, ad radicem alpis *Blaabjerg* copiosissimum.

169b. MAIANTHEMUM BIFOLIUM, *DC.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* passim copiose in betuletis prope *Solö & Muldjord* florens, in pinetis intra *Heminghyt* tantum sterile (anno 1867) visum, in betuletis infra *Troelid*, *Polypodiorum & Melampyrorum* socium, frequenter florens. Hæc planta, qvam Wahlenberg tantummodo unico loco *Saltdaliæ* observavit & Lund e *Maalselven & Alten* sine ullo loco speciali indicat, a Blytt „valde vulgaris usque ad Finmarkiam orientalem" refertur, qva de re dubito.

## ORCHIDEÆ.

169c. ORCHIS LATIFOLIA, *L.*

Hab. in insula *Senjen* ad paludes inter *Övre- & Nedre-Kvanaas*, socia *Pedicularis palustris & Eriophori latifolii*, nec non ad tractum prædii *Gibbostad Hanæs* versus copiosius.

169d. ORCHIS CRUENTA, *Müll.*

Hab. in *Kvæfjord* ad paludosa sublittoralia prope *Vig* & *Vogteren.*

170. GYMNADENIA CONOPSEA, *Br.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord;* in *Skjervö* ad insulam *Hukö;* in *Porsangria* ad introitum sinuli *Kulvig,* ad *Börselv* quum prope ostium fluminis tum c. 1 milliar. a littore, ibi latit. bor. 70° 18—20 attingens; in *Varangria meridionali* ad paludes vastissimas inter *Klostervand* & *Vætsjer;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad tractum templi *Masi* prope lacum montanum suprajacentem, ad rivum lacui *Sjuosjavre* prope hospitium affluentem.

171. PERISTYLIS ALBIDUS, *Lindl.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* in *Meraftenklumpen* altius supra terminum Betulæ adscendeus; in *Ofoten* ad *Ungsmalö* prope æqvor maris; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld* altius supra terminum Betulæ; in *Maalselven* ad *Kalvehovedet* c. 1300 ped. supra ripas fluminis; in insula *Seiland* ad *Komagnæs*; in insula *Sörö* ad tractum prædii *Bredvig;* in *Porsangria* ad introitum sinuli *Kulvig*, ad *Russemark.*

172. PERISTYLIS VIRIDIS, *Lindl.*

Hab. qvoqve ex. gr. in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord,* ad *Meraftenklumpen,* ad jugum prope *Heminghyt,* ad *Troelid* prope *Tullaaen* & alibi; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren* infra terminum culturæ Cerealium, ad prædium pastoris *Tranö* prope æqvor maris; in *Throndenæs* ad prædia *Skaanland;* in *Salangen* supra *Moholtet;* in *Sör-Reisen* ad *Bærkollen*, supra *Finsæt;* in *Maalselven* ad *Akka,* ad *Skjeggenæs,* ad *Kalvehovedet,* juxta *Beinelv* infra terminum Pini nec non alibi frequentius; in *Skjervö* ad jugum inter *Rotsundelv* & *Sörkjosen*, ad *Bergskoven* convallis *Reisendal* infra terminum Pini, ad *Sokkelvig* prope æqvor maris, ad insulas *Skjervö* & *Hukö;* in *Varangria meridionali* ad tractum prædii *Elvenæs;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad *Spjerkojokka,* in betuleto jugi ad *Gætkasjduodar.*

173. PLATANTHERA BIFOLIA, *Rich.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord;* in *Ofoten* intra *Evenæs,* ibi socia *Vaccinii Myrtilli* & *Caricis digitatæ*; in *Lödingen* secundum specimen a *Haukland* mis-

sum; in insula ***Rollen,*** unde ***Ellefsen*** specimen misit; in insula *Senjen* prope *Gibbostad.*

174. EPIPACTIS LATIFOLIA, *Br.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord,* ad *Arstadaasen,* ad *Troelid* convallis interioris; in *Gildeskaal* ad *Oldervig;* in *Stegen* ad radicem alpis *Præstkontinden* secundum specimina ab *Haukland* missa; in *Ofoten* ad Evenæs quum prope littora maris tum ad rupes ab iis remotiores; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren;* in *Skjervö* ad insulam *Hukö* (70° 1); in *Porsangria* ad introitum sinuli *Kulvig,* ad *Börselv*, locum ejus polo proximum, quum in interiore ex adverso alpis *Silfavarre* tum inter pagum & *Hestenæsset* prope littora copiose, ibi p. p. socia *Caricis rupestris*, *C. pedatæ, Saxifragæ aizoidis, Dryadis octopetalæ* nec non herbarum aliarum alpinarum.

174b. OPHRYS MYODES, *L.*

Hab. nov. civis et maxime inopinata Floræ arcticæ nec non rarior Floræ Norvegicæ in *Gildeskaal* prope *Oldervig* ad clivos apricos calcareos graminosos Populis sparsis macris consitos, ibi latitudinem borealem attingens c. 67°. Flores primos æstate persegni 1867 ultimis diebus Junii aperuit.

175. CHAMÆORCHIS ALPINA, *Rich.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ; in *Sör-Reisen* ad alpem *Middagsfjeld* qvoqve supra terminum Betulæ; in *Porsangria* ad introitum sinuli *Kulvig* prope æqvor maris, ad cacumen alpis *Silfavarre* convallis *Börselv.*

175b. LISTERA CORDATA, *Br.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Sölö* & *Muldjord* infra terminum Pini; in insula *Senjen* ad colles piniferos prope *Gibbostad;* in *Maalselven*, unde a *Lund* jam indicata, juxta fl. *Beinelv*; in *Varangria meridionali,* unde antehac non notata, juxta *Klostervand* prope *Svanvig*, ibi socia *Ranunculi Lapponici* & *Nardosmæ frigidæ.*

175c. LISTERA OVATA, *Br.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord,* ad *Arstadaasen*; in *Gildeskaal* supra *Indyr*, prope *Dal* nec non alibi frequentius; in *Ofoten* ad tractum prædii *Evenæs*; in *Sör-Reisen* prope *Reisenvand* non parce, ibi latit. bor. 69° 7—9.

176. CORALLORHIZA INNATA, *Br.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen*, ad *Meraftenklumpen*, utroque loco in regione betulina superiore; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld;* in *Maalselven* ad radicem alpis *Kalvehovedet;* in *Alten*, unde indicata, per partem inferiorem convallis principalis & per convallem *Tverelvdal* passim usque ad *Mandsverk.*

176b. CYPRIPEDIUM CALCEOLUS, *L.*

Hab., antehac unico loco *Saltdaliæ* lectum, qvoqve in *Gildeskaal* ad prædium pastoris in radice graminosa betulifera jugi, ubi fine Junii adhuc non florens nec foliis evolutis gaudens sed floribus præcocibus in turione turgescente dignoscendis. Tractus angustior, in qvo habitat, sic inter *Orchideas* præter alias *Listera ovata*, *Epipactide latifolia*, *Ophryde myode*, *Cypripedio*, societate in agro arctico sat mirabili, insignitur.

177. GOODYERA REPENS, *Br.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad *Ungsmalö* prope *Lidland*; in *Skjervö* ad jugum prope *Seima* convallis *Reisendal* interioris; in *Alten* per convallem *Tverelvdal* frequenter; in *Porsangria* ad jugum prope *Bævkegoppe*; in *Varangria meridionali* inter *Elvenæs* & *Svartnæs*, juxta fl. *Pasvigelv* ad cataractam inter *Klosterrand* & *Goalsejavre*, inter *Goalsejavre* & *Bossojavre*, nec non in confiniis *Rossicis* ad *Borisgleb*, ad radicem alpis *Galgoaive*, præterea juxta partem inferiorem fluminis *Neidenelv.*

## TYPHACEÆ.

178. SPARGANIUM HYPERBOREUM, *Læstad.*

Hab. qvoqve in *Alten* ad *Pescades;* in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen.* Specimina sterilia Sparganii non certe determinanda per magnam partem agri passim frequentia observavi.

## JUNCACEÆ.

179. LUZULA PILOSA, *Wild.*

Hab. qvoqve ex. gr. in *Bejeren* supra *Solö*, prope *Solövand*, supra *Heminghyt;* in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö*; in *Salangdal* supra *Lund*; in insula *Senjen* ad *Laxelv*; in *Maalselven* qvoqve ad partem superiorem convallis *Dividal*; in *Skjervö* ad

insulas *Hukö* & *Skjervö;* in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; in *Varangria meridionali*, unde hactenus non memorata, prope cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*, inter *Goalsejavre* & *Bossojavre*, nec non latere *Rossico* ad *Galgoaive;* præterea ad limitem *Finmarkiæ continentalis* interioris ad *Spjerkojokka*.

180. LUZULA PARVIFLORA, *Desv.*

Hab. qvoqve in *Maalselven*, unde a *Lund* citata, ad radicem alpium *Istinderne* supra *Stormoen*, ad *Aglapen* supra terminum Betulæ; in *Skjervö* ad jugum prope *Seima* convallis *Reisendal* interioris; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal*; in *Varangria meridionali* ad tractum prædii *Elvenæs*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ad tractum templi *Masi*, ad *Duogasjmoske*, porro ad *Sjuosjavre*, juxta fl. *Karasjok* ad *Beskinjarga*, ad alpem *Dafteroavve*.

181. JUNCUS BALTICUS, *Wild.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*, ad *Ungsmalö;* in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö;* in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*, ad *Skaanland;* in *Sör-Reisen* prope *Reisenvand*; in insula *Senjen* juxta partem inferiorem fluminis *Laxelv*, prope *Gibbostad*.

182. JUNCUS ARCTICUS, *Wild.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad ripas fluminis intra *Heminghyt*, ibi infra terminum culturæ Cerealium; nec non in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* loco c. 1 milliar. extra templum *Masi*.

183. JUNCUS ALPINUS, *Vill.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lidlandskaret*; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, in insula *Senjen* ad *Laxelv*, ad *Kvanaas*, prope *Gibbostad;* in *Skjervö* ad insulam *Hukö*.

184. JUNCUS BUFONIUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, ad *Heminghyt;* ad *Bodö*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; in *Salangdal* intra *Krogen*; in *Sör-Reisen* ad *Finsæt*; in insula *Senjen* ad *Græsmyrskoven*, ad *Kvanaas*, ad *Gibbostad*; in *Skjervö* ad insulas *Skjervö* & *Hukö*; in parochia *Hammerfest* ad littus occidentale sinus *Riperfjord*.

## CYPERACEÆ.

184b. CAREX DIOICA, *L.* — ISOGYNA, *Fr.*

Hab. copiose in insula *Senjen* ad tractum prædii *Gibbostad* sc. ad paludes latiores prope *Hanæs*. Ibi latit. bor. attingens 69° 22—23 forma insignis videtur. Forma huc forsitan pertinens sed multo robustior in insula *Ilukö* lecta est.

185b. CAREX NARDINA, *Fr.*

Hab. planta rarissima, antehac e duobus locis Norvegiæ indicata, qvoqve in *Sör-Reisen*, copiose nascens prope terminum Salicum majorum, ibi ad latit. bor. c. 69° 4.

186. CAREX CAPITATA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ; in *Ofoten* ad paludes paullo supra mare elevatas passim frequentius qvam alibi agri a me visa sc. juxta *Laxelv* prope *Lerosen*, ad *Ungsmalö*, ad tractum prædii *Evenæs* jan a Zetterstedt citata pluribus locis præcipue circum lacum *Kirkevand* copiose; nec non in *Porsangria* ad paludem sublittoralem in promontorio *Hestenæsset* extra ostium fluminis *Börselv* posito, ibi latit. bor. attingens 70° 18—20.

187. CAREX PAUCIFLORA, *Light.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad rivulum infra *Arstadaasen* copiose, ad jugum supra *Heminghyt*; in *Ofoten* ad paludes supra *Lerosen* prope *Laxelv*; in *Throndenæs* intra *Skaanland* prope *Lysvand*; in insula *Senjen* ad *Laxelv* inter *Troldbuvand* & *Renlidkollen*, ad tractum prædii *Gibbostad* frequentius; in *Maalselven* ad radicem alpis *Mauken* supra *Nordmoen*, juxta fl. *Beinelv*; in *Varangria meridionali* ad tractum prædii *Elvenæs*, juxta *Pasvigelv* ad cataractam inter *Klostervand* & *Goalsejavre*, ad *Bagjajavre*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ad radicem alpis *Dafteroavve*.

187b. CAREX MICROGLOCHIN, *Wg.*

Hab., præcedente in hoc agro certe multo rarior, etsi eximius *Wahlenberg* hanc solam, non *pauciflorам*, Floræ arcticæ Norvegiæ tribuit, qvoqve in *Bejeren* ad *Solö* infra terminum culturæ Cerealium, ad *Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ.

188. CAREX NORVEGICA, *Wild.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad effluvium lacus *Tömmer-*

*vigvand*; in insula *Senjen* ad ostium fluminis *Laxelv*, ad *Kvanaas*, ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Skjervö* ad insulam *Hukö*; in insula *Seiland* ad *Kvistnæsfjord*; in parochia *Hammerfest* ad littus occidentale sinus *Riperfjord*; in *Porsangria* ad *Valdak*; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*.

188b. CAREX HELEONASTES, *Ehr.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norv. in *Finmarkia continentali* interiore ad paludem longissime protractam jugi inter *Masi* & *Lappojavre* positi copiosius. Ibi, *Saxifragæ Hirculi* socia, latit. bor. attingit c. 69 ° 30.

189. CAREX STELLULATA, *Schreb.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen*, ad radicem alpis *Meraftenklumpen*, inde per convallem intra *Hemnæshyt* ingrediens, in jugi latera prope hoc adscendens; ad *Rostnæsodden* sinus *Bejerenfjord*; in *Ofoten* ad paludosa supra *Lerosen* copiose; ad littus orientale sinus *Kræfjord*; in *Sör-Reisen* ad *Tömmervigvand*; in insula *Senjen* juxta fl. *Laxelv* intra *Grönlid* ingrediens, ad tractum prædii *Gibbostad* frequenter, ad *Lysbottenvand* insulæ interioris ingrediens; in *Skjervö* ad insulas *Skjervö* & *Hukö* passim, ibi latit. bor. 70 ° ægre transgrediens. Nec longius arctoam versus nec in Finmarkia orientali a me hactenus visa, neqve, qvantum mihi innotuit, a scrutatoribus ipsis horum tractuum exactioribus *Wahlenberg*, *Lund*, *Th. Fries* inde citata est. A *Blytt*, qvi verisimiliter rebus herbarii v. relationibus paullo commutatis & confusis usus est, hæc species, ut aliæ, ut „vulgaris per totam Norvegiam usque ad Finmarkiam orientalem“ refertur.

190. CAREX LOLIACEA, *L.*

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* supra *Östgaard* convallis *Gumpendal*, supra *Sörfosbogen* convallis *Svartaasdal*; in insula *Senjen* juxta fl. *Laxelv* intra *Grönlid*; in *Maalselven* ad *Nordmoen*, ad *Skjeggenæs* copiose, supra *Nergaard*, per cnnvallem *Bardu* ad *Brandmo*, ad *Stormoen*; in *Varangria meridionali* ad tractum prædii *Evenæs*, ad cataractam inter *Goalsejavre* & *Bossojavre*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad tractum templi *Masi*, ad *Siuosjavre*, juxta fl. *Karasjok* ad *Nitomokkejogasj*. Ad loca nominata Varangriæ & Finmarkiæ præcipue ad paludosa visa est, nec ut alibi agri clivos graminosos betuliferos præferens.

191. CAREX HELVOLA, *Blytt.*

Hab. qvoqve in *Skjervö* ad insulam *Hukö*; in *Porsangria* ad latera jugi intra *Repvaag.*

191b. CAREX MICROSTACHYA (?) *Ehr.*

Occurrit, socia præcedentis, forma huic speciei omnino congruens sed in eo anomala, ut omnes flores, ut videtur, masculi soli sint, in insula *Hukö.*

192. CAREX INCURVA, *Light.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Solö*; in *Gildeskaal* ad *Dal;* in *Ofoten* inter *Lidlandskaret* & *Lerosen* passim; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren* loco 1—200 ped. supra mare elevato; in *Sör-Reisen* in montem *Bærkollen* 3—400 ped. supra mare adscendens; in insula prædii pastoris *Tranöensis;* in insula *Senjen* ad ostium fluminis *Laxelv*, ad tractum prædii *Gibbostad;* in *Skjervö* ad insulam *Hukö.*

193. CAREX CHORDORHIZA, *Ehr.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö,* ad jugum supra *Heminghyt;* ad *Bodö;* in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen,* ad *Ungsævalö;* in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö;* in *Throndenæs* ad *prædium pastoris;* in *Salangdal* prope prædium interius *Moholtet;* in *Sör-Reisen* ad *Sörfosbogen* convallis *Svartaasdal* (non „Skoelv“, ut in mappa ethnographica *Friisii* designatur); in insula prædii pastoris *Tranö;* in insula *Senjen* ad partem superiorem convallis *Laxelv*, ad *Græsmyrskoven,* ad tractum prædii *Gibbostad;* in *Lenvig* inter *Finfjord vand* & *Renvand;* in parochia *Hammerfest* ad littus occidentale sinus *Riperfjord*; in *Porsangria* inter *Stabursnæs* & *Valdak*, intra *Repvaag* (latit. bor. 70° 45—46); in *Varangria meridionali,* unde antehac non notata, ad tractum prædii *Elvenæs;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka,* ad jugum inter *Masi* & *Lappojavre,* inter *Gætkasjduodar* & lacum *Sjuosjavre,* prope hunc.

194. CAREX TERETIUSCULA, *Good.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad tractum prædii *Evenæs ;* in insula prædii pastoris *Tranö*; in *Maalselven,* unde antehac non citata, ad *Nordmoen;* præterea sat inopinate in *Finmarkia continentali* interiore ad jugum inter *Masi* & *Lappojavre.*

194b. CAREX PARADOXA, *Wild.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Ofoten* ad tractum prædii *Evenæs* pluribus locis copiosa & optime evoluta. Ad ripas lacus *Kirkevand* cæspites ejus dense juxtapositi plagas latas tegunt.

195. CAREX BUXBAUMII, *Wg.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad jugum prope *Heminghyt*; in *Ofoten* in alpem *Laxetind* supra terminum Betulæ adscendens in *Throndenæs* ad *Lysvand* intra *Skaanland*; in insula *Senjen* prope ostium fluminis *Laxelv*, ad tractum prædii *Gibbostad*, prope *Lysbottenvand* & *Hegvand;* in *Maalselven*, unde prius non indicata, ad *Nordmoen*; in *Skjervö* ad *Bergskoven* convallis *Reisendal*, ad insulam *Hukö;* in convalle Altensi *Tverelvdalen*, inde in alpes *Gamasvarre* usque ad terminum Betulæ adscendens; in insula *Seiland* ad *Komagnæs;* in parochia *Hammerfest* ad littus occidentale sinus *Riperfjord;* nec non in *Lapponia Rossica* Varangriæ meridionali adjacente ad *Borisgleb;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ad tractum templi *Masi*, ad jugum inter *Lappojavre* & *Gætkasjduodar*, inter hoc & lacum *Sjuosjavre*, prope huncce.

196. CAREX MISANDRA, *Br.*

Hab. qvoqve in *Salangdal* ad alpes supra *Lund*; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*; in *Maalselven* ad *Istinderne*, ad *Langfjeldene* prope *Beinelv*, omnibus locis hisce supra terminum Betulæ.

196b. CAREX RARIFLORA, *Sm.*

Hab., frequentior ad paludosa supra mare minus elevata a littore non nimis remota, qvoqve in *Ofoten*, ubi ceterum rarior videtur, ad *Ungsmalö*; in *Sör-Reisen* in alpem *Middagsfjeld* supra terminum Betulæ adscendens; in insula *Senjen* ad paludosa districtus *Græsmyrskoven* c. $^{3}|_{4}$ milliar. a littore remota, ad convallem *Laxelv* prope *Troldbuvand*, ad alpes prope *Lysbottenvand a* mari remotiores in vicinia termini Betulæ; in *Maalselven* ad radicem alpis *Mauken* supra *Nordmoen* plur. milliar. a mari remotam; in convallibus *Altensibus* c. 1 milliar. ab ostio; nec non in *Varangria meridionali* prope *Elvenæs* supra terminum Betulæ.

197. CAREX USTULATA, *Wg.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad latera jugi prope *Muldjord* copiose, ibi infra terminum Pini; in *Sör-Reisen* ad *Middags-*

*fjeld*; in *Maalselven* ad *Istinderne*, utroque ultimo supra terminum Betulæ.

167b. CAREX LIVIDA, *Wg.*

Hab. rarior Norvegiæ, antehac ex *Alten*, ubi eam inter *Lampe* & *Eiby* legi, indicata, qvoqve in *Finmarkia continentali* interiore passim freqventius & copiosius ad jugum vastum inter *Gætkasjduodar* & lacum *Sjuosjavre*, nec non juxta hunc ex. gr. infra hospitium („*Fjeldstuen*“). Hisce locis in regione betulina superiore v. suprema versatur, dum in Alten infra terminum culturæ Cerealium nascitur.

197c. CAREX LAXA, *Wg.*

Hab. nov.*) civ. Floræ Norvegicæ in *Finmarkia continentali* interiore prope *Sjuosjavre* proxime infra hospitum, ibi non parce in regione betulina superiore nascens.

198. CAREX PALLESCENS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, ad *Arstadaasen*, ingrediens usque ad *Heminghyt* & *Troelid*, ubi copiose ad jugum juxtapositum; in *Bejerenfjord* ad *Rostnæsodden*; in *Ofoten* ad *Lidlandskaret*, ad *Lidland*, in alpem *Laxetind* 4—500 ped. supra mare & ad latera convallis supra Lerosen 600 ped. adscendens; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren* copiosius; in *Throndenæs* ad *prædium pastoris*; in *Salangen* prope effluvium lacus *Övre-Vand*; in *Sör-Reisen* prope *Tömmervigvand*, ad *Dybvaag* ad *Nordströmmen*, ibi in *Bærkollen* c. 600 ped. supra mare adscendens; in insula *Senjen* ad *Solberg*, juxta *Laxelv* intra *Grönlid*, ad tractum prædii *Gibbostad*, prope *Hegvand* & *Lysbottenvand*; in *Lenvig* prope lacum *Finfjordvand*, inter hunc & *Renvand*; in *Skjervö* ad *Rotsundelv* copiosius in radicem jugi paullo adscendens, ad *Sokkelvig*, ad insulam *Hukö* non parce, ibi latit. bor. 70° ægre transgrediens. Longius septentrionem versus v. in convallibus interioribus Nordlandiæ borealis & Finmarkiæ v. in tota Finmarkia orientali eam hactenus nullibi offendi. In *Tanen* Finmarkiæ orientalis a *Lund* lecta dicitur, sed in hoc error qvidam forsitan adest, nam ipse in scriptis suis eam tantum ad *Kaafjord* progredientem reiterate refert. A *Blytt* hæc ut plures aliæ, qvæ vix ad de-

*) Non immemor sum, beatum Hornemann eam e Norvegia indicasse, sed indicationes ejus qvoad hunc agrum ignorandæ sunt, qvippe nimis frequenter ab errore topographico in Wahlenbergio transscribendo manifeste dependent.

cimam partem Finmarkiæ si ullibi hujus terræ occurrunt, „ut valde vulgaris usque ad Finmarkiam orientalem“ designatur.

199. CAREX FILIFORMIS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Grönvatne* prædii *Lund*; ad *Bodö*; in *Ofoten* ad convallem supra *Lerosen*; in *Kaafjord* intra *Vig* & *Vogteren*, in *Sör-Reisen* ad jugum supra *Bærkollen*, in insula *Senjen* ad *Tranöbotten*, prope partem interiorem fluminis *Laxelv*; in *Porsangria* ad *Börselv*, ibi latit. bor. 70° 18—20 attingens; in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv* ad cataractam inter *Goalsejavre* & *Bossojavre*, nec non latere *Rossico* ad *Store-Menikasö*; præterea in *Finmarken continentali* interiore juxta *Altenelv* ad tractum templi *Masi*, ad ripas stagni in jugo ipso inter *Masi* & *Lappojavre*, ad *Sjuosjavre*.

200. CAREX PEDATA, *Wg.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld* altius supra terminum Betulæ; nec non in *Porsangria* ad *Stabavarre* convallis *Börselv* & ad rupes sublittorales extra ostium fluminis prope *Hestenæsset*.

201. CAREX FLAVA, *L.*

Hab. qvoqve ad *Bodö*; in *Ofoten* ad paludes supra *Lerosen* copiose, ibi ad convallem adjacentem c. 600 ped. supra mare adscendens, prope *Kirkevand* intra *Evenæs*; in isthmo *Kvæfjordeidet*; in *Sör-Reisen* ad *Hestö*, ad *Nordströmmen*, ad *Sörfosbogen* convallis *Svartaasdal*; in insula *Senjen* ad *Laxelv*, ad tractum prædii *Gibbostad* frequenter, ad *Lysbottenvand*; in *Lenvig* inter *Finfjordvand* & *Renvand*; in *Maalselven* ad *Nordmoen*, ad *Ulleberg* convallis interioris *Dividal*; in *Balsfjord* ad *Storstennæs*; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*, ad *Bergskoven* convallis interioris *Reisendal*, ad *Sokkelvig*, ad insulas *Skjervö* & *Hukö*; in insula *Seiland* ad *Komagnæs*; ad tractum oppidi *Hammerfest*; nec non in *Lapponia Rossica* Varangriæ meridionali adjacente ad *Borisgleb*.

201b. CAREX ØDERI, *Ehr.*

Hab., vulgo ad littora maris, qvoqve in *Bejeren* prope *Solö*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; in *Throndenæs* ad ripas lacus *Lysvand* a littore maris remotioris; in *Sör-Reisen* prope *Tömmervigvand*, ad *Dybvaag*, ad *Nordströmmen*; in insula *Senjen* ad *Kvanaas*, ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Alten* inter *Bossekop* & *Strömsnæsset*.

202b. CAREX PILULIFERA, *L.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Gildeskaal* ad radicem jugi supra *Indyr*; nec non in *Kvæfjord* ad clivos supra *Vig* & *Vogteren*, ibi latit. bor. attingens c. 68 ⁰ 45, utroque loco sat copiosa.

202c. CAREX DIGITATA, *L.*

Hab., antehac unico loco *Saltdaliæ* a *Wahlenberg* visa, qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord*, ad *Arstadaasen*, ad radicem alpis *Seglfjeld*, inde per convallem ingrediens ad jugum prope *Heminghyt*, ad *Troelid* prope *Tullaaen*; in *Gildeskaal* supra *Indyr*; in *Ofoten* intra *Evenæs* ad rupes calcareas sat copiosa, sed æstate qvidem 1865 floribus ante maturationem fructus marcescentibus & delabentibus, ibi latit. bor. attingens 68 ⁰ 28—29.

202d. CAREX ORNITHOPODA, *Wild.*

Hab., a *Sommerfelt* ad *Bodö* lecta, qvoqve in *Gildeskaal* ad tractum prædiorum *Indyr* & *Dal* quum ad radicem jugi tum ad rupes sublittorales frequentius copiose. A *Wahlenberg*, *Lund*, *Th. Fries* intra limites agri arctici Norvegiæ nullibi indicata, a *Blytt* ut „sat vulgaris usque ad Finmarkiam orientalem" vix rite disignatur.

203b. CAREX MARITIMA, *Müll.*

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* ad ripas lacus subsalsi *Reisenvand*; nec non in *Alten*, unde prius indicata, ad ostium fluminis *Altenelv*, loca sola, ubi hactenus a me visa est.

205. HELEOCHARIS UNIGLUMIS, *Link.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*; in *Ofoten* ad *Lerosen*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*; in *Sör-Reisen* ad effluvium lacus *Tömmervigvand*, ad ripas lacus *Reisenvand*, inde secus flumen affluens usque ad *Finsæt* ingrediens; in insula prædii pastoris *Tranö*; in insula *Senjen* ad ostium fluminis *Laxelv*, ad *Kvanaas*, ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*.

206. SCIRPUS PAUCIFLORUS, *Light.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, in *Ofoten* ad *Lidland*, ad *Lerosen*, inter *Lidland* & *Lidlandskaret* qvoqve ad paludes a littore ipso paullo remotas; in *Throndenæs* ad *prædium pastoris*; in *Sör-Reisen* prope *Reisenvand*; in insula *Senjen* ad *Kvanaas*, ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*.

207. TRICHOPHORUM ALPINUM, *Pers.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö,* ad jugum supra *Troelid*; ad *Bodö*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*, inde in convallem adjacentem c. 600 ped. supra mare adscendens; in *Sör-Reisen* ad *Sörfosbogen,* ad latus boreale promontorii *Hestö*; in insula *Senjen* ad ostium fluminis *Laxelv*, ad tractum prædii *Gibbostad*, ad *Lysboltenvand,* ad *Hegvand;* in *Maalselven* ad *Skjeggenæs*, juxta *Beinelv*, ad prædium *Aasen*; in insula *Seiland* ad *Komagnæs,* ibi latit. bor. attingens 70° 31—32; in *Varangria meridionali,* unde prius non indicatum, ad cataractam inter *Goalsejavre* & *Bossjavre*.

207b. TRICHOPHORUM (Scirpus) EMERGENS, *n. sp.*

Hab. planta, qvæ nova species aut *Trichophori* aut *Scirpi* videtur, in *Porsangria* ad littora maris arenosa inundata prope ostium fluminis *Börselv* (70° 18—20) copiose. Autumno serotino 1864 lecta, postea frustra ab adjutoribus perqvisita, nucibus maturis solis ornata fuit, sed omnibus glumis destituta, qva de re genus, ad qvod pertinet, dubium est. Habitum fere *Scirpi pauciflori* præ se fert, tantum culmi graciliores sunt. Vaginæ basilares culmi ut in *Trichophoro cæspitoso,* a qvo rhizomate repente, stolonifero, fasciculos pauciculmeos immo culmos solitarios huc illuc emittente, recedit. Sub accessu maris inundatur, sub recessu emergit.

208. ERIOPHORUM LATIFOLIUM, *Hoppe.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö,* inde passim per convallem usque intra *Heminghyt* ingrediens, in cujus vicinia in jugum ad ripas stagni *Grönvatne* adscendens, ibi *Pedicularis palustris* socia; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen* ad paludes usque ad 100 ped. supra mare elevatas frequentius, inde prope *Laxelv* c. 200 ped. adscendens, ad tractum prædii *Evenæs* ex. gr. ad *Kirkevand* passim; in *Kvæfjord* supra *Vig* & *Vogteren* loco 1—200 ped. supra mare elevato; in *Throndenæs* inter *Skaanland* & *Lysvand;* in *Sör-Reisen* prope *Reisenvand,* prope *Tömmervigvand,* ibi ad paludes *Eriophoro* angustifolio copiosius; in insula *Senjen,* ubi, ut frequenter in hoc agro, qvoqve a *Pediculari palustri* comitatur, ad partem inferiorem & præcipue ad ostium fluminis *Laxelv,* dein inter prædia *Kvanaas,* ad tractum prædii *Gibbostad* frequenter copiose; in *Maalselven* prope lacum *Tagvand* parcius; nec non in *Varangria meridionali* ad pa-

ludes vastas inter *Klostervand* & montes *Vætsjer* parcissime visum. Additis locis jam prius a me indicatis, species evadit qvoad distributionem occidentalem frequentior, ut videtur, per tractum littoralem Nordlandiæ meridionalis & mediæ, in illa qvoqve in convalles continentales ingrediens, dein arctoam versus tantum sporadica in tractu littorali solo usque ad Talvig procedens, ibi 70mum gradum latit. bor. ægre transgrediens. Præterea in Finmarkia orientali ultima denuo parce emergit, verisimiliter cursus distributionis omnino diversi continentali-orientalis statio maxime extrema. Itaqve limitatio distributionis, qvam *Lund* in Bot. Notis, 1846 dedit, observationibus hodiernis æque congruens est, ut dubia *Blyttii* (Norg. Fl. 1860), cæterum qvoad abundantiam specierum agro arctico tribuendam nil minus ac parci & tenacis, de proventu specei in hoc territorio parum fundata.

211. ERIOPHORUM RUSSEOLUM, *Fr.*

Hab. planta rara Norvegiæ qvoqve in *Finmarkia continentali* interiore ad jugum inter *Lappojavre* & *Gætkasjduodar*, inter hoc & *Sjuosjavre* ex. gr. prope *Loantsegielas*, prope partem superiorem rivi lacui Sjuosjavre ad hospitium affluentem frequentius nec parce, præterea juxta fl. *Karasjok* inter pagum & radicem alpis *Dafteroavve*. Centrum dispersionis speciei intra agrum Norvegicum in *Finmarkia continentali interiore*, ut videtur, qværendum est. Proventus in convallibus Altensibus ut statio extrema secus cursum fluminum in peripheriam littoralem protrusa considerandus est.

212. ERIOPHORUM CALLITHRIX, *Cham.*

Hab. qvoqve in *Maalselven* ad radicem alpium *Istinderne* passim ex. gr. supra *Brandmo* locis 3—400 ped. supra mare elevatis.

213. BLYSMUS RUFESCENS, *Link.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Dal;* in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen;* in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn;* in *Sör-Reisen* ad effluvium lacus *Tömmervigvand* copiose, ad *Nordströmmen*, ad ripas lacus subsalini *Reisenvand;* in insula prædii pastoris *Tranöensis;* nec non in insula *Senjen* ad *Kvanaas*, ad tractum prædii *Gibbostad.*

213 b. KOBRESIA SCIRPINA, *Wild.*

Hab. rara hujusce agri qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen*, loco supra terminum Betulæ elevato parcius visa.

## GRAMINEÆ.

214. ALOPECURUS PRATENSIS, *L.*

Hab. qvoqve in insula prædii pastoris *Tranö,* ibi forsitan adventitius.

215. ALOPECURUS NIGRICANS, *Hornem.*

Hab. qvoqve in *Lödingen* secundum specimen ab *Haukland* missum; in insula *Senjen* ad *Gibbostad;* in insula *Tromsö* ad littus occidentale.

216. ALOPECURUS GENICULATUS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solö*, ad *Heminghyt;* in *Ofoten* inter *Lidland & Lerosen;* in *Kvæfjord* ad *Vig & Vogteren,* ad *Kvæö*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*; in insula *Senjen* ad *Laxelv,* ad *Kvanaas,* ad *Gibbostad;* in *Alten* ad alpem *Gamasvarre* prope terminum Betulæ; in *Porsangria* prope lacus *Laxevandene*, ad *Veinæs;* in *Varangria meridionali* ad *Gaddeluobal,* nec non latere *Rossico* inter *Gaddeluobal & Vagetimjavre;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad *Spjerkojokka* paullo infra terminum Betulæ, ad jugum inter *Masi & Lappojavre* in regione betulina superiore; juxta fl. *Karasjok* ex. gr. ad *Mannevarrenjarga.*

217. PHLEUM PRATENSE, *L.*

Hab. qvoqve in *Kvæfjord* ad prædia *Vig & Vogteren* copiose.

218. PHALARIS ARUNDINACEA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö & Muldjord*, ad *Arstadaasen,* ibi socialiter copiose agri instar ad clivos siccos nascens, vulgo sterilis; in *Ofoten* inter *Lidland & Lerosen*; secus littus orientale sinus *Kvæfjord* copiosius sæpe in latera jugi elevatius adscendens; in *Throndenæs* prope *Sama*, ad prædia *Skaanland;* in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen,* ibi in montem *Bærkollen* 5—600 ped. supra mare adscendens, prope *Reisenvand,* prope *Tömmervigvand;* in insula *Senjen* ad *Laxelv,* ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Skjervö* ad insulam *Hukö*, ibi in radicem jugi adscendens; in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen,* ibi d. 30mo Augusti 1865 primos flores aperiens; in *Varangria meridionali* ad fundum sinus *Langfjord.*

218b. PHRAGMITES COMMUNIS, *Fr.*

Hab. in agro citranordcapensi, unde e *Vesteraalia* a *Gunnero* jam citata, sed postea, qvantum scio, non obser-

vata, qvoqve in *Bejeren* ad *Solö* humilis & sterilis ad paludosa subexsiccata parcius; in flumine *Pasvigelv Varangriæ* qvoqve in lacubus ejus interioribus *Bossojavre* & *Baggajavre*, nec non latere *Rossico* prope *Store-Menikasö*.

221. VAHLODEA ATROPURPUREA, *Fr.*

Hab. qvoqve in *Alten* ad *Gamasvarre*, ad lacum *Jotkajavre* copiose; in parochia *Hammerfest* ad partem supremam convallis *Riperfjorddal*, ad jugum vastum inter hanc & *Russemark* Porsangriæ passim paullo supra terminum Betulæ præcipue ad tractum loco ultimo propiorem; in *Porsangria* ad jugum intra *Repvaag*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv* juxta rivum *Vandelv*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad jugum vastissimum inter convallem *Altensem Tverelvdalen* & *Bavdojavre* tractus *Karasjokensis*, ad jugum inter *Spjerkojokka* & *Masi*, inter *Masi* & *Lappojavre*, qvoqve in insula hujusce lacus, ad jugum inter *Gætkasjduodar* & lacum *Sjuosjavre*, in betuletis ad hunc copiose, juxta fl. *Jesjok* ad *Oudaldas*, ad partem interiorem fluminis *Tanaelv* prope *Holmen*.

222. AVENA PUBESCENS, *L.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lidlandskaret*, ad *Ungsmalö*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö* (tantum turiones & folia juvenilia tempore verno visa, vix tamen dubia); in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren* copiose; in *Throndenæs* ad tractum *prædii pastoris* passim, ad prædia *Skaanland*; in insula *Senjen* prope ostium fluminis *Laxelv*, prope *Gibbostad* raro (ad rupes calcareas sublittorales parcas).

223. TRISETUM SUBSPICATUM, *Fr.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen*; in *Ofoten* ad *Laxetind*; in *Salangdal* ad alpes supra *Lund*; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*; in *Maalselven* ad *Mauken*, ad *Istinderne*; in *Skjervö* ad jugum inter *Rotsundelv* & *Sörkjosen*, supra *Vinnelys* convallis *Reisen*, ad *Hukö*; in insula *Seiland* ad *Hönsebyfjeld*; in parochia *Hammerfest* ad partem exteriorem convallis *Riperfjorddal*, ad jugum vastum inter hanc & *Russemark* Porsangriæ passim; in *Porsangria* ad jugum intra *Repvaag*, ad *Silfavarre* convallis *Börselv*; præterea ad limitem *Finmarkiæ continentalis* interioris prope *Spjerkojokka*.

224. MELICA NUTANS, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord*, ad

radicem alpis *Seglfjeld*, ad *Arstadaasen*, prope *Heminghyt*; in *Gildeskaal* inter *Skovvold & prædium pastoris* frequenter; in *Ofoten* ad *Evenæs*, ad *Lidland*, in alpem *Laxetind* supra terminum Betulæ adscendens; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig & Vogteren*, ad *Kvæfjordeidet*; in *Salangen* ad jugum prope *Övre- & Nedre-Vand*; in *Sör-Reisen* ad *Finsæt*; in insula *Senjen* interiore ad *Renlidkollen*, prope *Lysbottenvand* & *Hegvand*; in *Balsfjorden* ad *Storstennæs*; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*, ad insulas *Skjervö & Hukö*; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal*, ibi latit. bor. attingens c. 70° 28; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*; in *Varangria meridionali*, unde locus specialis non prius notatus; qvoqve ad montes piniferos *Vætsjer;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta *Altenelv* ad *Spjerkojokka* copiose, ad tractum templi *Masi*.

225. MOLINIA CÆRULEA, *Mönch*.

Hab. qvoqve in *Ofoten* intra *Evenæs*, prope *Lidland*, ad convallem supra *Lerosen* c. 600 ped. supra mare adscendens; in *Throndenæs* ad *prædium pastoris*, prope *Lysvand* intra *Skaanland*; in insula *Senjen* ad tractum prædiorum *Kvanaas* copiose, ad tractum prædii *Gibbostad* communis, prope *Lysbottenvand & Hegvand* frequens, ibi ad radicem jugi in regionem betulinam superiorem adscendens; in *Lenvig* ad *Finfjordvand;* in *Varangria meridionali* juxta fl *Pasvigelv* qvoqve ad cataractam inter *Bossojavre & Goalsejavre*, nec non latere *Rossico* ad *Store-Menikasö*.

225b. CATABROSA ALGIDA, *Fr*.

Hab. rarior, ut credo, Norvegiæ arcticæ in *Sör-Reisen* ad alpem *Middagsfjeld* supra terminum Salicum majorum; prope *Tromsö*, ubi secundum *Blytt* antehac lecta, ad alpes circum *Tromsödal* suo loco copiosius.

225c. CATABROSA AQVATICA, *P. B.*

Hab., ad tractus citranordcapenses a me visitatos rarius visa sed suis locis vulgo copiosa, qvoqve in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt*; in insula prædii pastoris *Tranö;* in insula *Tromsö* in fossis oppidi; nec non prope pagum *Talvig*, ibi latit. bor. 70° paullo transgrediens.

225d. CATABROSA LATIFOLIA, *Fr*.

Hab. qvoqve ad *Jakobselv Varangriæ borealis* secus rivum *Vandelv* & alibi copiosius.

227. DACTYLIS GLOMERATA, *L.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad clivos supra *Lidland & Lidlandskaret* copiosa & luxurians; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*, ibi prope *Melbo* altius qvam 500 ped. supra mare adscendens; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig & Vogteren*; in *Throndenæs* ad *prædium pastoris*. In Finmarkia stricte dicta nullibi spontanea a me hactenus visa est. In Varangria meridionali eam ad prata prædii *Svanvig* seminatam bene vigentem vidi. De proventu spontaneo ejus in Finmarkia orientali omnino dubito, sed adventitia v. seminata ubicunque occurrere potest.

227b. TRITICUM REPENS, *L.*

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad *Sörströmmen*; in insula *Senjen* ad *Gibbostad*.

228. TRITICUM VIOLACEUM, *Hornem.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad latera jugi prope *Solö; in Alten* ad *Elvebakken*, ad *Storelvdal*, ad *Eibydal;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad *Spjerkojokka.*

229. TRITICUM CANINUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord*, ad *Arstadaasen*, supra *Heminghyt*, ad *Troelid;* in *Ofoten* ad alneta clivorum supra *Lidlandskaret & Lidland*, inter hoc & *Lerosen*, intra *Evenæs* passim; in *Salangen* prope effluvium lacus *Övre-Vand*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, inde in montem *Bærkollen* adscendens, ad *Finsæt*, ad *Dybvaag*; in insula *Senjen* ad ostium fluminis *Laxelv*, ad *Renlidkollen*, ad *Kvanaas*; in *Maalselven* inter *Storbakken & Sollid*; in *Balsfjord* prope *Sagvandet*; in insula *Tromsö*; in *Skjervö* ad insulas *Hukö & Skjervö*; in *Alten* per convalles passim, ad tractum pagi *Talvig*; ad *Komagfjord*; in *Porsangria* ad *Börselv*, ad tractum lacuum *Laxevandene*; in *Varangria meridionali* ad tractum prædii *Elvenæs*, ad *Bugöfjord*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad *Spjerkojokka*, ad tractum templi *Masi*, ad *Duogasjmoske*, ad jugum in insula lacus *Lappojavre*, juxta fl. *Karasjok* longius intra *Beskinjarga*, inter pagum & ostium, juxta fl. *Anarjok* interius ad *Vassivuovde*, juxta fl. *Tanaelv* ad *Holmen.*

230. ELYMUS ARENARIUS, *L.*

In tractu continentali interiore *Finmarkiæ* a littore maris remotissimo, unde eum prius notavi, loca specialia sunt: *Javrasmuotkenjarga*, *Vuollevnoppenjarga*, *Muotkenjarga.*

231. NARDUS STRICTA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren*, ubi ad fundum convallis non visa, ad jugum supra *Heminghyt* & *Troelid*; in *Ofoten* ad paludosa supra *Lerosen*, in alpem *Laxetind* c. 1800 ped. supra mare adscendens; in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö*; in isthmo *Kvæfjordeidet* prope *Rödmuldheien* supra terminum Betulæ adscendens; item in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Östgaard* convallis *Gumpendal*, prope *Tömmervigvand*; in insula *Senjen* ad partem interiorem fluminis *Laxelv* copiose, ad tractum prædii *Gibbostad* & prope *Hegvand* & *Lysbottenvand* passim copiosissime; in *Maalselven* juxta fl. *Beinelv*; in *Skjervö* prope *Rotsundelv*, ibi ad terminum *Betulæ* apparens & in vicinia prædii *Sörkjosen* supra illum adscendens, ad insulas *Skjervö* & *Hukö*, loco ultimo in cacumen jugi adscendens; in *Alten* ad *Gamasvarre* paullo infra terminum Betulæ; in insula *Seiland* infra alpem *Hönsebyfjeld* copiose; in parochia *Hammerfest* ad partem interiorem convallis *Riperfjorddal*; in *Porsangria* infra alpem *Silfavarre* in excavationibus singularibus territorii calcarei copiose; ad *Kjöllefjord*, ibi latit. boreali c. 70° 57 c. 600 ped. supra mare adscendens; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad jugum inter *Masi* & *Lappojavre*, juxta rivum lacui *Sjuosjavre* prope hospitium affluentem.

---

# ACOTYLEDONES.

## POLYPODIACEÆ.

232. POLYPODIUM RHÆTICUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen*; in *Ofoten* ad *Laxetind*; in isthmo *Kvæfjordeidet* prope *Rödmuldheien* copiose; in *Salangdal* supra *Lund*; in *Sör-Reisen* supra *Finsæt*, in alpem *Middagsfjeld* usque ad terminum Salicum majorum adscendens, ad alpes prope *Östgaard* convallis *Gumpendal*; in *Maalselven* in alpem *Mauken* 2400—2500 ped. supra ripas fluminis adscendens, juxta fl. *Beinelv* infra terminum *Pini*; ad insulam *Tromsö* copiosius; in

*Skjervö* ad jugum inter *Rotsundelv* & *Sörkjosen*, ad insulam *Hukö;* in insula *Seiland* ad *Komagnæs;* in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal;* in *Porsangria* ad jugum intra *Repvaag;* ad *Kjöllefjord;* ad tractus interiores jugi vasti inter *Store-Lerpollen* & *Nyborg* Varangriæ; in *Varangria boreali* ad jugum prope *Jakobselv;* præterea fere ad limitem *Finmarkiæ continentalis* interioris ad cacumen *Luoftsjam* inter *Alten* & *Masi*, ibi sola species filicum sed copiosa.

232b. POLYPODIUM ROBERTIANUM, *Hoffm.*

Hab. nov. civ. Floræ arcticæ in *Bejeren* ad radicem jugi prope *Solö* & *Muldjord* copiose, ad radicem alpis *Seglfjeld;* in *Gildeskaal* ad tractum prædii *Indyr,* ibi latit. bor. 67° 1—3 attingens.

233. POLYPODIUM VULGARE, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen*; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lidlandskaret*; in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö*; in *Kvæfjord* ad prædia *Vig* & *Vogteren*; in insula *Rollen* prope *Ibbestad*; in insula *Senjen* ad tractum prædii *Gibbostad*; in *Maalselven,* unde antehac non notatum, ad *Ulleberg* convallis *Dividal,* ibi c. 400 ped. supra ripas fluminis adscendens; in *Skjervö* inter *Hurrika* & *Seima* convallis *Reisendal*, ad *Rotsundelv,* ad *Sokkelvig,* ad insulas *Skjervö*; in *Varangria meridionali* ad tractum prædii *Elvenæs.*

233b. WOODSIA ILVENSIS, *Br.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* inter *Lidland* & *Sommervig*; in *Porsangria* ad monticulum prope ostium fluminis *Staburselv*; ad *Börselv* (ibi qvoqve forma in W. hyperboream nimis vergens) latit. bor. 70° 18—20 attingens; in *Tanafjord* ad *Lerpollen* latit. bor. 70° 29—30, ad latera alpis *Algasvarre*; in *Varangria boreali* ad *Flintenæsen* prope *Jakobselv.*

233c. WOODSIA HYPERBOREA, *Br.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Throndenæs* ad *Seljestad*; in *Sör-Reisen* ad *Finsæt*; in *Malangen* ad *Mortenshals*; in *Maalselven* ad *Rognmo*; in *Alten* ad partem exteriorem convallis principalis, ad *Amtmandsnæsset,* ad *Strömsnæsset* prope *Kaafjord*; in *Porsangria* prope ostium fluminis *Staburselv*, ibi latit. bor. attingens 70° 10—12; præterea in Finmarkia continentali interiore ad *Spjerkojokka,* juxta fl. *Karasjok* ad *Dafteroavve.*

233 d. WOODSIA GLABELLA, *Br.*

Hab. qvoqve in *Maalselven ad Rostafjeld*, juxta fl. *Divielv* ad ostium affluentis *Dödeselv* copiosius; in *Alten* ad radicem alpis *Sakkabani*, unde eam jam anno 1852 reportavi, ad *Eibydal* (f. dubia), ad alpes inter *Kaafjord & Talvig*, ad tractum hujusce pagi; in *Porsangria* ad radicem alpium a lacubus *Laxevandene* remotiorum (f. eximie typica); præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad tractum templi *Masi* (f. dubia ad præcedentem vergens.)

234. CYSTOPTERIS FRAGILIS, *Bernh.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö & Muldjord*, in alpem *Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ adscendens, supra *Heminghyt*; in *Ofoten* inter *Lidland & Lerosen*, ad *Ungsmalö*, ad tractum prædii *Evenæs*, in alpem *Laxetind* supra terminum Betulæ adscendens; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Kvæfjord* ad *Vig & Vogteren*; in *Salangen* ad jugum humile prope *Övre- & Nedre-Vand*, supra *Lund* convallis *Salangdal*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt*; in insula *Senjen* ad *Gibbostad*; in *Maalselven* ex. gr. ad radicem alpis *Mauken*; in *Skjervö* ad cacumen jugi inter *Rotsundelv & Sörkjosen*, ibi supra terminum Betulæ, ad *Kjelderen* & ad *Vinnelys* convallis *Reisendal*, ad *Sokkelvig*, ad insulas *Skjervö & Hukö*; in insula *Seiland* ad *Kvistnæsfjord*; in *Porsangria* intra *Repvaag*; in *Varangria boreali*, unde, ut ex omni Finmarkia orientali, *locus specialis* non prius notatus, ad *Jakobselv*; in *Varangria meridionali* secus fl. *Pasvigelv* ad *Elvenæs*, ad cataractam inter *Klostervand & Goalsejavre*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Altenelv* ad *Spjerkojokka*, ad tractum templi *Masi*, juxta fl. *Karasjok* ad alpem *Dafteroavve* prope terminum Pini.

235. CYSTOPTERIS MONTANA, *Bernh.*

Hab. in *Bejeren* supra *Muldjord & Solö*; in *Ofoten* ad rupes intra *Evenæs* passim copiose; in *Salangen* ad jugum prope *Övre- & Nedre-Vand*, supra prædium *Lund* convallis *Salangdal*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt*, in alpem *Middagsfjeld* supra terminum Salicum majorum adscendens; in *Maalselven* ad radicem alpis *Vasbrönden*, ad *Akka*, ad *Kalvehovedet*, juxta fl. *Beinelv*, ad *Ulleberg* convallis interioris *Dividal* copiosius, in convalli *Bardu* supra *Brandmoen & Stormoen* copiose, inde ingrediens usque ad

prædium pæne intimum *Strömsmo*; in *Skjervö* ad *Bergskoven* convallis *Reisendal;* ad partem inferiorem convallium *Altensium* passim; ad *Komagfjord*, ad convallem sinui *Lille-Lærrisfjord* adjacentem, ibi citra promontorium *Nordcap* latit. bor. attingens 70° 18—20 (in Porsangria ad Børselv trans Nordcap latitudine eadem); in Tanafjord ad *Lille-Lerpollen*, ibi Finmarkiæ orientalis latit. bor. attingens 70° 29—30; in Varangria boreali ad *Jakobselv*; præterea prope limitem Finmarkiæ continentalis interioris ad *Spjerkojokka.*

236. ASPIDIUM LONCHITES, *Sw.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord*, ad radicem alpis *Seglfjeld*, ad *Arstadaasen*, ibi terminum Betulæ attingens, in alpem *Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ adscendens, ad latera jugi prope *Heminghyt*; in *Gildeskaal* supra *Indyr*, intra *Skovvold;* in *Ofoten* ad tractum prædii *Evenæs* passim, inter *Lidland* & *Lidlandskaret*, in alpem *Laxetind* 900—1000 ped. supra mare adscendens; in *Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren* passim; in *Salangdal* supra *Lund*; in *Sör-Reisen* supra *Östgaard* convallis *Gumpendal*, ad *Finsæt*, in alpem *Middagsfjeld* supra terminum Betulæ altius adscendens; in insula *Senjen* interiore ad *Renlidkollen*, prope *Lysbottenvand*; in *Maalselven* ad *Maalsnæs*, ad *Vasbrönden*, ad *Maukdal* copiose, ad radicem alpis *Mauken* supra *Nordmo*, in *Kalvehovedet* c. 1100 ped. supra ripas fluminis adscendens, juxta fl. *Beinelv*, ad radicem alpis *Blaabjerg* convallis *Bardu*; in *Skjervö* ad *Bergskoven* convallis *Reisendal*, ad insulam *Hukö*; in insula *Seiland* in alpem *Hönsebyfjeld* c. 800 ped. supra mare adscendens; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal;* in *Porsangria* ad introitum sinuli *Kulvig*, ad jugum intra *Olderfjord*, intra *Repvaag*; ad *Kjöllefjord* (c. 70° 57); præterea prope limitem *Finmarkiæ continentalis* interioris ad *Spjerkojokka.*

237. PTERIS AQVILINA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Muldjord* & *Solö*, ad *Arstadaasen*; in *Gildeskaal* supra *Indyr* copiose.

238. STRUTHIOPTERIS GERMANICA, *Wild.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen*, supra *Solö* & *Muldjord*, inde usque ad *Heminghyt*, ibi quum ad fundum convallis tum ad latera jugi copiose socialiter nascens; in *Gildeskaal* supra *Indyr*, supra *Dal;* in *Ofoten* ad *Lidland*; in

*Kvæfjord* ad tractum prædiorum *Vig* & *Vogteren* macrior, ad *Kvæfjordeidet* parcius; in *Throndenæs* inter *Skaanland* & *Lysvand*; in *Sör-Reisen* supra *Östgaard* convallis *Gumpendal* copiosius, ad *Finsæt* copiose, ad *Nordströmmen*, ad *Dybvaag* parce; in insula *Senjen* interiore ad partem superiorem convallis *Laxelv*, ad *Langhoug* districtus *Græsmyrskoven* non copiose, inter *Tömmerelvbakken* & *Kvanlid* copiosius, ad tractum prædii *Gibbostad* parce & misere evoluta; in *Maalselven* ad partem exteriorem prope *Renfjeld* elementa filicetorum eximie luxuriantium parciora qvam ad tractus interiores, tamen egrediens usque ad radicem alpis *Vasbrönden* mari proximæ, per convallem *Bardu* usque ad *Strömsmo* ingrediens; in *Balsfjord* intra *Storstennæs*; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*, ad *Sokkelvig* parce, ad partem mediam convallis *Reisendal* prope *Vinnelys* copiosius, inde ingrediens usque ad *Hurrika* & *Seima*; præterea ad limitem *Finmarkiæ continentalis* interioris ad *Spjerkojokka*.

238b. CRYPTOGRAMMA CRISPUM, *Bernh.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen*; in *Ofoten* ad *Laxetind*; in *Throndenæs* ad alpes intra *Sandtorv*; in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Gumpendal*; ad alpes circum *Tromsödal*; in *Skjervö* ad insulam *Hukö*; in *Alten* ad alpes intra *Talvig*; ad alpes intra sinum *Lille-Lærrisfjord*; in insula *Seiland* ad *Hönsebyfjeld*; in *Porsangria* ad jugum intra *Repvaag*; nec non etiam ad tractus interiores jugi inter *Lerpollen* & *Nyborg* Varangriæ. Cum cl. amicus *Th. Fries* hanc speciem ut passim occurentem ad juga alpina *totius* Finmarkiæ (Bot. Not. 1858) designat, notare liceat, eum hoc non scire potuisse, qvippe vastissimi tractus jugi alpini tunc a nullo botanico permigrati fuere, qvi plantam in interiore indicavit. Revera per majorem partem jugi non vestigium plantæ adhuc qvantum constat, observatum est. Etiam *Blytt*, qvi sæpius species in Finmarkia orientali ultima denuo emergentes v. ibi lectas esse creditas ut per totam Norvegiam vulgares sine ullo respectu geographiæ botanicæ exactioris declarat, tamen de hac specie caute & observationibus congruenter loqvitur.

238c. BLECHNUM SPICANT, *Retz.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad radicem jugi prope *Skovvold*.

238d. ASPLENIUM RUTA MURARIA, *L.*

Hab. rarior planta hujus agri in *Gildeskaal* in fissuris rupium sublittoralium prope *Indyr* & *Dal* frequentius parcius; in *Ofoten* prope *Evenæs* ad rupes præruptas parcissime visa; in *Alten* ad *Storvignæsset* a *Wahlenberg* indicata ab *Th. Fries* & me denuo reperta, qvoqve ad loca supra mare elevatiora occurrens.

238e. ASPLENIUM TRICHOMANES, *L.*

Hab., antehac in *Saltdalen* lectum, qvoqve in *Bejeren* ad *Arstadaasen* parcius.

## OPHIOGLOSSEÆ.

239. BOTRYCHIUM LUNARIA, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Troelid*; in *Ofoten* ad *Evenæs*, ad *Ungsmalö*, in alpem *Laxetind* supra terminum Betulæ altius adscendens; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*; in *Salangen* prope effluvium lacus *Övre-Vand*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad *Bærkollen;* in insula prædii pastoris *Tranö*; in *Porsangria* ad introitum sinuli *Kulvig*; ad *Lille-Lerpollen* sinus *Tanafjord;* præterea prope limitem *Finmarkiæ continentalis* interioris ad *Spjerkojokka* supra mare elevatius.

## LYCOPODIACEÆ.

240. LYCOPODIUM ANNOTINUM, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Solö* & *Muldjord,* supra *Heminghyt*, ad alpes prope *Arstaddal* supra terminum Betulæ adscendens; in *Gildeskaal* supra *Indyr,* supra *Skovvold;* in *Ofoten* ad *Laxetind;* in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö;* in *Sör-Reisen* ad alpes supra *Östgaard* convallis *Gumpendal,* ad *Finsæt;* in insula *Senjen* ad tractum prædii *Gibbostad;* in *Lenvig* inter *Finfjordvand* & *Renvand;* in *Maalselven* ad *Nordmoen,* in alpem *Aglapen* supra terminum Betulæ adscendens, ad *Skjæggenæs,* ad radices alpium *Istinderne* & cet.; in *Skjervö* ad insulas *Skjervö* & *Hukö*; in *Alten* in alpem *Nalganas* ad terminum Betulæ adscendens; in insula *Seiland* ad *Hönsebyfjeld*; in parochia *Hammerfest* ad *Riperfjorddal*; in *Porsangria* ad *Staburselv*, ad *Börselv;* in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; in *Varangria meridionali*, unde prius non citatum, ad tractum prædii *Elvenæs*, ad cataractam inter *Klostervand*

& *Goalsejavre*, inter *Goalsejavre* & *Bossojavre*, juxta flumen ipsum intra lacum *Bagjajavre*, nec non latere *Rossico* ad *Store-Menikasö*, prope *Galgoaive*, ad *Savasuolo*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Altenelv* ad *Duogasjmoske*, ad jugum in insula lacus *Lappojavre*, inter *Lappojavre* & *Gætkasjdoudar*, ad colles prope hospitium lacus *Sjuosjavre*, juxta partem interiorem fluminis *Tanaelv* ad *Storfossen*.

241. LYCOPODIUM CLAVATUM, *L.*

Hab., semper ut v. *monostachya*, ubi fructiferum visum, qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen*, ad jugum prope *Hemingbyt*; in *Ofoten* ad alpem *Laxetind*; in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö*; in *Skjervö* ad *Hurrika* partis interioris convallis *Reisendal*; in *Alten* ad *Gamasvarre* frequentius prope terminum Betulæ; in *Porsangria* ad *Börselv*, ibi polo proximum lat. bor. 70° 18—20 attingens; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*, ibi supra terminum Betulæ nascens ad montes prope *Vandelv*; in *Lapponia Rossica* Varangriæ confini ad insulam *Store-Menikasö* prope *Galgoaive*; præterea in *Finmarkia continentali* juxta fl. *Altenelv* ad tractum templi *Masi*, ad jugum inter *Lappojavre* & *Gætkasjduodar*, ad colles prope hospitium lacus *Sjuosjavre*, juxta fl. *Karasjok* ad alpem *Dafteroavve* prope terminum Pini copiose.

## MARSILEACEÆ.

242b. ISOËTES ECHINOSPORA, *Dur.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Skjervö* ad *Bergskoven* convallis *Reisendal*; in *Varangria meridionali* in flumine *Pasvigelv*, in cujus parte extima mox postea qvoqve a *Th. Fries* lecta & publicata, pluribus locis præcipue copiose in lacu *Övre-Klostervand* inter *Menikasö* & *Risto*. Folia sola ad ripas lacus intimi *Bagjajavre* impulsa legi. *I. lacustrem*, qvam ex iisdem aqvis prius indicavi, non anno 1864 denuo reperi, tamen de determinatione priore nulla causa dubitandi est.

## EQVISETACEÆ.

243. EQVISETUM VARIEGATUM, *All.*

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* ad *Finsæt*; in *Porsangria* prope *Staburselv*; in *Finmarkia continentali* interiore ad *Duogasjmoske*.

243b. EQVISETUM SCIRPOIDES, *Mich.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ, ad *Heminghyt*, ibi infra terminum culturæ Cerealium; in *Ofoten* ad tractum prædii *Evenæs* prope æqvor maris; in *Salangdal* supra *Moholtet*; in *Sör-Reisen* in alpem *Middagsfjeld* supra terminum Salicum majorum altius adscendens; in *Maalselven* ad *Kalvehovedet*, ad *Langfjeldene* prope *Beinelv*, ad *Istinderne*; in *Skjervö* ad *Bergskoven* convallis *Reisendal*, ad *Hukö*; in *Porsangria* prope *Bævkegoppe*, ad introitum sinuli *Kulvig*, ad *Börselv* copiose; in *Varangria meridionali* prope fl. *Pasvigelv* intra lacum *Bagjajavre*. Formam intermediam inter hanc speciem & præcedentem & difficulter definite determinandam pluribus locis offendi, qvam ad interim indicare nolui, ne incerta cum certis miscerem.

244. EQVISETUM PRATENSE, *Ehr.*

Hæc species secundum observationes meas vulgaris per majorem partem infraalpinam agri arctici nostri occurrit, qva de causa non in hoc opusculo recipienda esset, nisi in Flora ultimo edita Blyttii tam omnino prætervisa fuisset, ut ad loca numerosa prius indicata seqventia adjungere debeam: in *Bejeren* ad *Troelid*, prope *Grönvatne* & alibi; in *Ofoten* ad *Lidland*, in alpem *Laxetind* altius supra terminum Betulæ adscendens; in *Salangdal* supra *Lund*; in *Sör-Reisen* ad *Nordströmmen*, ad *Finsæt*, in alpem *Middagsfjeld* supra terminum Betulæ adscendens; in insula *Senjen* ad *Renlidkollen*, ad *Kvanaas*, prope *Hegvand & Lysbottenvand*; in *Lenvig* inter *Finfjordvand & Renvand*; in *Maalselven* per convallem longissimam *Bardu* usque ad prædium pæne intimum *Strömsmo* ingrediens, in alpem *Mauken* 2400—2500 ped. supra ripas fluminis adscendens; in *Skjervö* ad *Rotsundelv*, ad insulas *Skjervö & Hukö*; in parochia *Hammerfest* ad littus occidentale sinus *Riperfjord*, ad *Riperfjorddal*; in *Porsangria* intra *Repvaag*; in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv* ad tractum prædii *Elvenæs*, ad *Gaddeluobal*, ad cataractam inter *Vagetimjavre & Bagjajavre*, ad flumen ipsum intra hunc, nec non latere *Rossico* ad *Store-Menikasö*, inter *Gaddeluobal & Vagetimjavre*, ad *Galgoaive*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Altenelv* ad *Spierkojokka*, ibi in regione betulina superiore qvoqve versans, ad tractum templi *Masi*, ad *Duogasjmoske*, ad jugum in

insula lacus *Lappojavre*, inter *Lappojavre* & *Gætkasjduodar*, prope lacum *Sjuosjavre*, juxta fl. *Karasjok* ad *Beskinjarga*, ad lingvam pagi *Karasjok*, juxta partem interiorem fluminis *Tanaelv* ad *Holmen*, ad *Storfossen*.

245. EQVISETUM HYEMALE, *L.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Muldjord* & *Solö*, ad *Arsadaasen*, prope *Grönvatne* prædii *Næs*; in *Maalselven* ad *Skjeggenæs*, ad *Bjerkeng*, juxta fl. *Beinelv*, ad *Rostanæs* convallis interioris; in *Skjervö* inter *Hurrika* & *Seima* convallis *Reisendal* passim copiosius; nec non in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*.

---

# CELLULARES.

## CHARACEÆ *).

1. CHARA HISPIDA, *L.* (*aspera, Wild.*)

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Bejeren* (f. incrustata, minor, brachyphylla) in stagno *Grönvatne* ad jugum prope *Heminghyt* in regione betulina elevatiore posito, ibi tam copiose, ut stagnum e distantia qvadam visum ab ea & aliis aqvaticis colorem eximie virescentem accipiat, cui nomen ejus (Grønvatne ɔ: lacus v. stagnum viride) debeatur; nec non in *Ofoten* (f. pumila, tenella, micrantha) in lacunis prope *Kirkevand* intra *Evenæs*, ibi latit. bor. attingens 68 ° 27—28.

2. CHARA CONTRARIA, *A. Br.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Bejeren* in stagno *Solövand*; in *Ofoten* prope *Kirkevand*; nec non in *Throndenæs* in lacu prope *Nipen*, ibi latit. bor. attingens c. 68 ° 35.

3. CHARA FRAGILIS, *Desv.*

Hab., antehac e *Saltdalen* indicata, qvoqve in *Bejeren* prope littora maris in stagno *Solövand* nec non in convalle *Maalselven* interiore (f. longibracteata) juxta fl. *Beinelv* in lacunis paludosis, ibi latit. bor. attingens 68 ° 54—55.

4. NITELLA FURCULATA (*Rchb.*)

Hab., antehac verisimiliter ut *N. opaca* e Finmarkia

---

*) Omnes formæ huc pertinentes a cl° O. Nordstedt benigne determinatæ sunt, qvi descriptionem speciei novæ unacum icone misit.

orientali indicata, in *Skjervö* (f. longifolia, elongata) in stagno silvæ *Bergskoven* convallis *Reisendal* interioris; in *Porsangria* in lacu fluminis *Staburselv* (f. longifolia, elongata, sed propter specimina imperfecta *non certe* huic speciei referenda) copiosissime luxurians, prata mera pulcherrima ad fundum lacus constituens, dein in flumine *Börselv* (f. brachyphylla, qvoad speciem tamen *dubia*) inter ostium & *Silfavarre* parce, ibi polo proxima latit. bor. 70° 18—20 attingens; præterea in *Finmarkia* continentali interiore in flumine *Altenelv* (f. nidifica) prope *Masi*)*, in lacu *Lappojavre* (f. nidifica) regionis betulinæ superioris, nec non in parte interiore fluminis *Tanaelv* inter *Seglnæs* & inosculationem affluentis *Karasjok*.

5. NITELLA NORMANIANA, *Nordst.* n. sp.

„(*Tolypella* caudata, monoica). Minima, viridis; apex proembryonis e 3—4 cellulis compositus; verticilli pauci, *omnes fructiferi*, nidifico congesti, e foliis 8—9, ad geniculum infimum segmentis lateralibus simplicibus obtusis, geniculis constrictis; antheridia *sessilia*; sporophyæ *magnæ* coronula brevi obtusa, nucleo subgloboso castaneo prominule 7—8 gyrato. (*N. Bejerensis*, *Norm.* ad int. in litt.)". — Hab. ad littora maris fundi intimi sinus *Bejerenfjord* Nordlandiæ loco sub accessu æstus inundato, sub recessu emerso. Aqva ibi a superficie inde ad profunditatem qvandam sæpius omnino dulcis, qvippe sinus longissimus & angustissimus cum mari difficilius communicans copiam aqvæ dulcis a fluminibus majoribus ibi effluentibus accipit.

„Minima (circiter 5—15 m. m. longa), tenuior, flexilis, sicca viridis, non ut *T. flexilis* (*L.*) subfusca; annua; apex proembryonis („Vorkeimsspitze" Pringsh.) tri-qvadricellularis; verticilli omnes fructiferi, interstinctis ramulis brevibus verticilliferis, capitula minuta formantes, e foliis circiter octonis, 3—5 articulatis, internodio basali abbreviato, ad geniculum infimum segmentis lateralibus 1—4 simplicibus, triqvadri-articulatis, sæpe arcuatoinflexis; segmenta foliorum ex articulis elongatis, sensim decrescentibus, apice obtusa, geniculis constrictis; sporophyæ geminatæ aggregatæve in axillis verticillorum vel ad foliorum geniculo infimo; antheridia sessilia pauca; spo-

*) Hoc nomen erronee „Mellem-Merei" in Bot. Notis. 1867 a cl° Nordstedt dictum.

rophyæ coronula brevis, obtusa nucleo oblongo vel subgloboso, castaneo, octogyrato 0,30—0,34 m. m. longo".

„Ab omnibus speciebus proximis distingvitur defectu verticillorum sterilium v. foliis simplicibus. Communia cum T. *glomerata* & T. *flexili* habet segmenta foliorum apice obtusa, magnitudinem antheridii & sporophyæ. Ab utraque tamen statura gracillima, colore pure viridi, apice proembryonis 3—4 cellulari recedit".

---

# LICHENES*).

## USNEI.

1. USNEA BARBATA (*L.*) *Fr.*

Hab., antehac in *Saltdalen* lecta, qvoqve in *Ofoten* ad *Lavangeidet* intra *Evenæs*, ibi copiosa ad Betulas & Salices, sed tantummodo sterilis visa, nunc erecta usque ad 0,1 met. alta f. *floridæ* (*L.*) proxima, nunc pendula 0,2—3 met. longa f. *plicatæ* (*L.*) proxima sed in f. *dasypogontem* tamen vergens. Hoc tractu latit. bor. attingit c. 68° 30. Longius arctoam versus pygmæe evoluta & parca ut f. erectiuscula (*floridæ* proxima) visa est in *Salangdal* ad *Forsæt*, nec non passim rarius in insula *Tromsö*, ibi 0,04 met. longitudine vix superans, latit. bor. c. 69° 40—42 attingens. Præterea eam qvoqve in *Gildeskaal* Nordlandiæ meridionalis prope *Skovvold* parcam vidi.

2. ALECTORIA OCHROLEUCA (*Ehr. Fr.*) — CINCINNATA, *Fr.*

Hab. qvoqve ad *Havösund* Finmarkiæ occidentalis.

3. ALECTORIA NIGRICANS, *Ach.*

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Gumpendal* copiose ut alibi.

---

*) Secundum promissum notulas supplementarias subseqventes Lichenum arctoorum Th. Friesii communicare semiinvitus debeo. Defectus otii sufficientis tamen impedivit hac occasione totam messem nimis largam speciminum lectorum examinare, qva de causa continuationem serius dare opto. Errores non evitandos ab homine, conditionibus studio exactiori minus faustis laborante, in angulo hoc arctico longius qvam 100 milliar. a proximis collectionibus publicis & bibliothecis remote habitante, benigne excusatos oro.

4. SIPHULA CERATITES (*Wg.*)

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad jugum prope *Skovvold*; in insula *Hukö*; in *Alten*, ubi frequens, copiose spermogonifera ad *Kongshavnfjeld* & alibi.

## RAMALINEI.

5. RAMALINA CALICARIS (*L.*) — FARINACEA (*L*).

Hab. adhuc ad *arbores* qvoqve in *Ofoten* intra *Evenæs*; ad rupes in insula *Hadselö Vesteraaliæ*; ad *Havösund* Finmarkiæ occidentalis.

6. RAMALINA POLYMORPHA, *Ach.*

Hab. qvoqve in *Vesteraalia* ad *Hadselö*, ibi qvoqve ad cacumen jugi supra *Melbo*; in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Östgaard* convallis *Gumpendal* supra terminum Betulæ altius occurrens; ad *Havösund* Finmarkiæ occidentalis.

7. CETRARIA TRISTIS (*Web.*)

Hab., antehac e præfectura *Saltensi* indicata, qvoqve in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö*, ibi latit. bor. attingens c. 68° 30.

## PELTIGEREI.

8. NEPHROMA TOMENTOSUM (*Hofm.*)

Hab. species magis meridionalis hujusce generis qvoqve in *Ofoten* ad *Lavangeidet*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Salangdal* prope *Lund*; in *Maalselven* ad *Finsæt* convallis *Bardu* nec non ad prædium *Moen*, ibi latit. bor. attingens 69° 8—9.

9. PELTIGERA POLYDACTYLA, (*Hofm.*)

Hab., antehac e *Saltdalen* a *Sommerfelt* lecta, qvoqve in insula *Tromsö* (ad Jordbærhougen), ibi latit. bor. attingens c. 69° 39.

10. SOLORINA SACCATA, (*L.*) *SPONGIOSA, (*Sm.*)

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad alpes prope *Gumpendal*; in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris*, ad *Indyr*; in *Salangen* ad alpes supra *Holtet*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; in *Varangria meridionali* prope *Elvenæs* copiose, ad *Bugönæs*

## PARMELIEI.

11. STICTA PULMONARIA, (*L.*)

Hab., antehac e Nordlandia meridionali indicata, qvoqve in *Gildeskaal* ad *Skovvold*; in *Ofoten* ad *Lavangeidet* intra

*Evenæs* (fructificans); in *Maalselven* passim ex. gr. prope *Moen*, ad partem inferiorem convallis *Bardu;* nec non in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Altenelv* ad tractum templi *Masi*, ibi sterilis latit. bor. attingens 69° 30.

12. STICTA LINITA, *Ach.*

Hab. rarior hujusce agri in confiniis Nordlandiæ ad *Nærö*, nec non, ut videtur (f. minor, paullo dubia) in *Vesteraalia* ad *Hadselö.*

13. STICTA AMPLISSIMA (*Scop.*)

Hab., antehac e Nordlandia meridionali indicata, qvoqve in isthmo *Lavangeidet* intra *Evenæs* (68° 28—30) ad Salices vetustas copiosa, fructifera, usque ad 0,25 met. lata; nec non in *Ibbessad* prope fundum sinus *Grafjord*, ibi rupicola (fructificans) latit. bor. attingens 68° 42—45.

14. PARMELIA SAXATILIS (*L.*) — OMPHALODES (*L.*) *f. panniformis, Ach.*

Dum forma primaria maxime vulgaris, etiam supra Polyporos, thallum Stictarum & cet. occurrens, hæc forma, antehac tantummodo in Saltdalen lecta, hab. qvoqve in *Vesteraalia* ad *Hadselö* littoralis exterioris, ibi latit. bor. attingens c. 68° 30.

15. PARMELIA PHYSODES (*L.*)

Fructificat qvoqve in *Bejeren* prope Heminghyt; in insula *Tromsö* (69° 40).

15b. PARMELIA HYPEROPTA, *Ach.*

*Saxicola* habitat in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord;* in insula *Tromsö* passim parcius, utroque loco ad rupes calcareas.

16. PARMELIA OLIVACEA (*L.*) * EXASPERATA, *Ach.*

Hab., antehac e *Bossekop* tantummodo indicata, qvoqve in insula *Tromsö* ad Salices copiosa.

* P. PROLIXA, *Ach.*

Hab. in *Gildeskaal* supra scopulos maritimos ad *Indyr*, inter *Dal* & *Oldervig*; ibi qvoqve v. *fuliginosa*, *Fr.*, nov. forma hujusce agri.

17. PARMELIA CONSPERSA (*Ehr.*)

Hab. lichen in hoc tractu vix freqvens qvoqve ad *Hadselö* littoralis exterioris.

18. PHYSCIA CILIARIS (*L.*) V. SCOPULORUM (*E. Nyl.*)

Hab. territorii vix vulgaris in *Gildeskaal* ad *prædium*

*pastoris*; in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*; in *Throndenæs* ad *Seljestad*, ad *Kilseng*, ultimo loco ad rupes a littore ipso remotiusculas.

19. PHYSCIA OBSCURA (*Ehr.*) V. ULTOTHRIX (*Ach.*)

Adhuc in *Maalselven* prope *Moen* habitat ad Populos, latit. bor. attingens 69° 8—9.

20. XANTHORIA PARIETINA (*L.*) AUREOLA (*Ach.*)

In insula *Hadselö* littoralis exterioris saxicola in f. primariam, hoc in agro non lectam, fere omnino abiens.

21. XANTHORIA LYCHNEA (*Ach.*, *Nyl.*) — PYGMÆA (*Bory*).

Hab., in littorali ad *Hadselö*, in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*, in insula *Maasö* (71°) & cet. frequentior, qvoqve ad cacumina elevata alpium altius supra terminum Betulæ a littore maris remota v. remotissima sc. in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Gumpendal*, in *Finmarkia* continentali interiore ad cacumen *Luoftsjam* jugi vastissimi *Altensis* inter *Gamasvarre* & *Spjerkojokka* positi, ibi optime fructificans. Occurrit ad ligna fabrefacta frequenter copiose in insula *Tromsö*, corticola ad Salices & Alnos rara & maxime pygmæa, in *Alten Finmarkiæ* qvoqve ad basin truncorum Pini, sed omnis corticola tantum sterilis visa, tamen vix dubie ad hanc speciem pertinens, cum specimina hydrato kalico, eximio illo adjumento diagnoseos, qvo inter alia *Dr. Nylander* scientiam locupletavit, pulcherrime purpurascunt.

## LECANOREI.

22. PANNARIA PLUMBEA (*Lightf.*)

Hab., antehac e „Nordlandia meridionali & insulis Lofodensibus“ indicata, qvoqve in *Bejeren* ad *Arstaddal* loco supra mare nonnihil elevato (ad Salicem); in *Gildeskaal* ad *Skovvold* (ad Juniperum); in *Throndenæs* ad *Harstadskaret*, in insula *Rollen* ad *Ibbestad*, ultimis locis rupicola, pænultimo latit. bor. attingens 68° 47.

23. PANNARIA RUBIGINOSA (*Thunb.*)

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris*.

24. PANNARIA LEPIDIOTA (*Smf.*)

Hab. qvoqve in *Gildeskaal*; ad *Hadselö* Vesteraaliæ; in *Throndenæs* ad *Harstadskaret*; in *Maalselven* interiore ad *Iselvmo*; in insula *Tromsö*; nec non in insula *Maasö* (71°).

25. PANNARIA TRIPTOPHYLLA (*Ach.*)

Hab., antehac e *Saltdalen* indicata, qvoqve in *Bejeren* prope *Muldjord* (ad Juniperum) & *Solö;* in *Gildeskaal* prope *Skovvold* (qvoqve ad Populum); in *Vesteraalia* ad *Hadselö;* in *Maalselven* prope mare ad *Maalsnæs*, in interiore ad *Bjerkeng* (ad Betulam), ad *Sörlid* convallis lateralis intimæ *Dividal* (ad Sorbum), ad partem intimam convallis *Bardu* in radice alpis *Rubben* (ad Betulam); nec non in *Finmarkia orientali* ad *Jakobselv* Varangriæ borealis (ad Betulam), ibi latit. bor. attingens 70 ° 8–9.

26. PANNARIA HYPNORUM (*Vahl*) * PALEACEA (*Fr.*)

Hab. forma rarissima, agri arctici nova, mixta c. f. *campestri* & manifeste in eam abiens, in insula *Hadselö* Vesteraaliæ ad *Melbo*, ad *Stokmarknæs*; in *Maalselven* prope *Maalsnæs*, ibi latit. bor. attingens 69 ° 22. Nostra forma thallo parum evoluto, minute sqvamuloso, cinereo, scutellis sat parvulis, demum explanatis.

27. PANNARIA LANUGINOSA (*Ach.*)

Hab. e Finmarkia orientali indicata qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Maalselven* ad *Iselvmo*; in insula *Tromsö* & ad *Flöifeld.*

28. MASSALONGIA CARNOSA (*Dicks.*)

Hab. qvoqve in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in isthmo *Kvæfjordeidet* prope *Rödmuldheien.*

29. PLACODIUM FULGENS (*Sw.*) β ALPINUM, *Th. Fr.*

Hab., ut planta rarior parcior sine ullo loco speciali nominato a Wahlenberg indicatum, qvoqve in *Ofoten* intra *Evenæs*; in *Salangen* ad alpes supra terminum Betulæ prope *Lund* copiosius; in *Sör-Reisen* ad alpem *Middagsfjeld;* in *Maalselven* ad *Akka* (infra terminum Pini), ad alpem *Rostafjeld.*

30. PLACODIUM MELANASPIS (*Ach.*)

Hab. e paucis locis indicatum qvoqve in *Ofoten* prope *Evenæs*; in *Varangria boreali* ad fl. *Jakobselv;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta partem intimam fluminis *Karasjok.*

31. PLACODIUM GELIDUM (*L.*)

Hab. e locis specialibus paucioribus indicatum qvoqve ex. gr. in *Gildeskaal* ad tractum prædii *Indyr*; in *Vester-*

*aalia* ad *Hadselö*; in *Kvæfjord* prope *Vig & Vogteren*; in *Sör-Reisen* ad cacumen summum alpis *Middagsfjeld*, ad alpes prope *Gumpendal*, ad *Bakkejord*; in *Maalselven* inter *Sörlid & Frihedslid*; in insula *Tromsö* passim, omnibus locis quum ad æqvor maris tum ad cacumina alpium tantum sterile repertum, sed ad prædium pastoris *Oure* Norvegiæ mediæ hoc fructiferum vidi prope æqvor maris.

32. PLACODIUM SAXICOLUM (*Poll.*)

Hab. qvoqve in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn* littoralis; in *Salangdal* interiore ad *Forsæt*; in insula *Tromsö*.

33. PLACODIUM STRAMINEUM (*Wg.*)

Hab. qvoqve in *Vesteraalia* ad *Melbo* insulæ *Hadselö* quum ad littora maris tum inopinate in regione betulina suprema ad cacumen jugi copiose & optime evolutum; in insula *Tromsö* parcius; ad *Havösund*.

34. PLACODIUM ALBESCENS (*Hoffm.*)

Hab., antehac e *Saltdalen* & continente insulæ *Tromsö* adjacente tantum indicatum, qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*; in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord*; in *Maalselven* interiore ad *Sörlid* convallis *Dividal*; in insula *Tromsö* passim copiose; nec non in *Finmarkia orientali* ad *Seidafjeld*, ad *Kjöllefjord* (c. 70° 57).

35. ACAROSPORA GLAUCOCARPA (*Wg.*)

Hab. qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*; in insula *Tromsö*.

* A. HEPPII, (*Näg.*)

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in insula *Tromsö* ad saxum pratense. Apothecia parvula omnino ut in speciminibus authenticis Heppii, tantum crebriora sæpe confluentia, manifeste, ut mihi videtur, in formam qvandam microcarpam A. glaucocarpæ abeuntia. Thallus nunc pulveree ochraceus, nunc in minutas verruculas v. sqvamulas abiens.

36. ACAROSPORA PELISCYPHA (*Wg.*)

Hab. qvoqve in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Seljestad* passim copiose; nec non in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*.

37. ACAROSPORA (*Anthracea*) TROMSØENSIS, *n. sp.*

*Crusta* ochracea, tenuis, parca, rimulosa, v. obsoleta.

*Apothecia* adnata v. basi innata, sat parvula, tota nigra, rugulosa. *Margo* apothecii crassus, obtusus, apparenter illimitate in discum parvulum impressiusculum v. planum, sæpe medium umbonatum abiens, continuatione (epithallo) epithecii carbonacei disci vestitus, glomerulos gonidiorum frequentium & gonimidia crebra pallidiora elliptica (c. 0,006 m. longa) fovens. *Hymenium* c. 0,15 m. m. altum, superne fuscescens, paraphysibus capillaribus. *Sporæ* numerosæ fere oblongo-bacillares, 0,003—4 m. m. longæ, c. 0,001 m. m. latæ. *Hypothecium* pallidum strato gonimo impositum. *Gelatina* hymenii jodo p. majore parte luteo-rufescens, inferne unacum hypothecio sæpe cærulescens.

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ ad saxa granitica prope oppidum *Tromsö*. Cui placet ut subgenus Acarosporæ v. genus proprium considerari potest.

38. ACAROSPORA MOLYBDINA, *(Wg.)*

Hab. qvoqve in *Kvæfjord* ad insulam *Kvæö;* in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord;* in insula *Tromsö*; ad *Havösund* Finmarkiæ occidentalis; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv.*

39. ACAROSPORA CHLOROPHANA, *(Wg.)*

Hab. qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstadhavn;* in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord;* in *Maalselven* prope *Rostavand,* inter *Sörlid* & *Frihedslid;* ad *Flöifjeld* prope *Tromsö;* in *Skjervö* ad insulam *Hukö;* ad *Havösund* Finmarkiæ occidentalis; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv.*

40. HÆMATOMMA COCCINEUM (*Dicks.*)

Hab. f. *porphyria* ejus, antehac e duobus locis Nordlandiæ meridionalis indicata, qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr* loco suo copiose, ad *Skovvold;* in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö* prope *Huseby*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*; nec non in insula *Tromsö* prope *Sandnæs* parcissime visa, ibi latit. bor. 69° 40—42 attingens.

41. LECANORA TARTAREA (*L.*) — TELEPHOROIDES, *Th. Fr.*

Hab. ad rupes in *Salangdal* prope *Krogen*; in *Sör-Reisen* ad *Gumpendal*; in insula *Tromsö*; in *Alten* ad jugum *Borras*; nec non ad Betulas luxurians, lichenem fruticulosum fere simulans in *Alten* ad *Storelvdal.* Transitus omnes inter formam primariam & hanc varietatem monstrosam observare licet.

42. LECANORA PALLESCENS (*L.*)

Hab. f. *corticola*, antehac tantummodo e *Saltdalen* indicata, qvoqve (sæpius ad Salices) in Bejeren prope *Muldjord*, ibi qvoqve ad Pinum, ad *Heminghyt*; in *Gildeskaal* ad *Skovvold*, ad *prædium pastoris*, ad *Indyr* (ad Juniperum); in tractu littorali exteriore ad *Hadselö* Vesteraaliæ (ad Betulam); in *Salangdal* prope *Lund*; in convalle *Maalselven*, præcipue interiore, passim copiose ex. gr. ad *Moen* (ad Alnum), ad *Bakkehoug*, ad *Skjeggenæs*, ibi interdum majores plagas truncorum occupans, ad partem intimam convallis lateralis *Dividal*; in insula *Tromsö* (ad Betulam & Salicem) rarius & parcius, ad radicem alpis *Flöifjeld* (ad Alnum), locis ultimis latit. bor. attingens c. 69° 40.

43. LECANORA OCULATA (*Dicks.*)

Hab. lichen per plures tractus frequentior, ut videtur, qvoqve in *Bejeren* ad *Troaa*; in insula *Hadselö* Vesteraaliæ in *Throndenæs* ad *Seljestad*, ad *Harstadskaret*; in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Gumpendal*; in *Maalselven* ad *Bjerkeng*, ad *Istinderne*; in insula *Tromsö*, ibi qvoqve saxicola, & ad *Flöifjeld*; in *Skjervö* ad jugum inter *Rotsundelv* & *Sörkjosen* copiosus & abunde fructificans; in insula *Seiland*; ad jugum prope *Lille-Lerpollen* sinus *Tanen* copiosissimus & optime fructifer.

44. LECANORA SUBFUSCA (*Ach.*) — HYPNORUM (*Wulf.*)

Hab. lichen, per plures tractus passim frequentior, rarius copiosus, qvoqve in *Salangdal* supra *Holtet*; in *Maalselven* ad *Aglapen*; in *Balsfjord* ad *Myre*; prope *Tromsö* ad *Flöifjeld*; in insula *Maasö* (71°); in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; nec non in *Varangria meridionali* ad *Bugönæs.*

45. LECANORA ARGOPHOLIS (*Wg.*)

Hab. qvoqve in *Maalselven* inter *Sörlid* & *Frihedslid* convallis *Dividal*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv* prope ostium rivi *Vandelv.*

46. LECANORA (*Biatora*) REAGENS, *n. sp.*

Lichen musci v. rupicolus *Lecanoræ epanoræ* valde similis. *Apothecia* (non bene evoluta visa, nec sporigera, mox sorediifera) juvenilia faciei lecanorinæ, disco concaviusculo, margine obtuso crasso, mox destructo. Differt ab illa granulis thalli magis sparsis, ante eruptionem lepræ pallidius ochroleneis, post eam albescentibus, præcipue tamen eo, ut hydrato kalico saturatius fuscofulvescat, dum *L. epanora* &

subsimilis *Biatora lucida* non tinguntur (*Placodium fulgens-alpinum*, cum cujus thallo juvenilia granula qvandam similitudinem habent, violacee purpurascit).

Hab. in *Varangria boreali* ad *Jakobselv* copiosius sed rarius & imperfecte fructificans. Qvoqve ad alpes Gudbrandsdaliæ Norvegiæ meridionalis eam legi.

47. LECANORA POLIOPHÆA (*Wg.*)

Hab. qvoqve in insula *Tromsö* copiose; ad *Havösund* Finmarkiæ occidentalis.

48. CALOPLACA FERRUGINEA (*Huds.*)

Hab. *f. primaria corticola*, antehac tantummodo e Saldalen indicata, qvoqve in *Maalselven* prope *Moen*; nec non in insula *Tromsö* passim parcius ad Salices.

49. RINODINA MILVINA, (*Wg.*)

Hab. qvoqve in insula *Tromsö*.

50. RINODINA LEPROSA, *Mass. Körb.* * MALANGICA.

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ ad *Moen* convallis *Maalselven* supra lingum truncorum Alni.

Similis *R. leprosæ*, qvalem cl. *Körber* e *Silesia* communicavit, magis recedens a formis, qvas beati *Hepp* & *Massolongo* distribuere. *Crusta* latius expansa, superficie leprosa, nunc obscure viridiolivacea, nunc nigra. *Scutella* planiuscula, fusconigra, margine persistente, paullo pallidiore. Differt a speciminibus meridionalibus sporis duplo minoribus (0,009—10 mm. longis), angustioribus nec non paraphysibus arctius conglutinatis.

51. ASPICILIA VERRUCOSA, (*Ach.*)

Hab., thallo nunc niveo nunc cinereo v. plumbeo varians, qvoqve in *Gildeskaal* prope *Indyr* ad æqvor maris; in *Ofoten* inter *Lidland* & *Lerosen*; in *Throndenæs* ad *Seljestad*; in *Sör-Reisen* ad alpem *Middagsfjeld*; in *Salangdal* ad alpes prope *Holtet*; in insula *Senjen* prope *Gibbostad*; in *Maalselven* ad *Aglapen*, ad *Rostafjeld* convallis interioris; nec non in *Varangria meridionali* ad *Bugönæs*.

52. ASPICILIA CALCAREA, (*L.*) β. CONTORTA, *Ach.*

Hab., antehac e *Saltdalen* & *Mortensnæs* indicata, qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*.

53. ASPICILIA PELOBOTRYA, *(Wg.)*

Hab., antehac e *Rastegaise & Saltdalen* indicata, qvoqve ad rupes micaceo-schistosas in *Gildeskaal* prope *prædium pastoris;* ad *Flöifjeld* prope *Tromsö.* Adest forma huic sat similis, tamen disco & thallo pallidioribus, hydrato kalico persistenter lutescens, qvæ *L. subfuscæ* adnumeranda videtur.

54. ASPICILIA CINEREA, *(L.)* — ALPINA, *(Smf.?)*

Forma *v. alpinæ A. cinereo-rufescentis* omnino analoga, ab ea reactione kalica distincta, occurrit ex. gr. ad *Havösund* Finmarkiæ occidentalis.

55. ASPICILIA SVAVEOLENS, *(Ach.)*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Varangria boreali* Finmarkiæ orientalis ad *Jakobselv* prope ostium rivi *Vandelv.*

56. ASPICILIA PREVOSTII, *(Fr.)*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Gildeskaal* copiose ad *Indyr,* ad *prædium pastoris;* nec non in *Throndenæs* minus copiose ad *Harstadhavn,* ibi latit. bor. attingens 68° 48—49.

57. ASPICILIA LACUSTRIS, *(With.)*

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* ad *Finsæt;* in *Maalselven* inter *Sörlid & Frihedslid* convallis Dividal.

58. GYALECTA FOVEOLARIS, *Ach.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr* copiose; in *Ofoten* ad *Ungsmalö;* in *Salangdal* ad alpes prope *Lund* supra terminum Betulæ; ad *Flöifjeld* prope *Tromsö.*

59. GYALECTA GEOICA, *(Wg.)*

Hab. qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstadhavn;* in *Ofoten* ad *Ungsmalö;* in *Varangria boreali* ad *Jakobselv* prope ostium rivi *Vandelv.*

GYALECTA CUPULARIS, *(Ehr.)*

Hab., antehac tantummodo e Saltdalen a *Sommerfelt* indicata, qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand;* in *Gildeskaal* ad tractum prædii *Indyr* copiosius qvam alibi visa; in *Ofoten* prope *Evenæs*; in *Throndenæs* ad *Harstadskaret*; in *Salangdal* prope *Krogen*; in *Maalselven* interiore ad *Iselvmo*; in insula *Tromsö* parce, ad alpem *Flöifjeld*; nec non in *Alten* ad *Kongshavnfjeld,* ibi latit. bor. fere 70° attingens.

60. GYALECTA CORTICOLA, *Lönr.*

Hab. nov. civ. Flor arcticæ Scandinaviæ in insula *Tromsö* ad Alnum vetustam partim cortice denudatam & pu-

trescentem, ibi, Hysteriorum socia, latit. bor. attingens 67° 38—39.

61. URCEOLARIA SCRUPOSA, *(L.)* — GYPSACEA, *(Ach.)*

Hab. f. rarior hujusce agri in *Bejeren* ad *Indyr*.

## CLADONIEI.

62. PILOPHORON ROBUSTUM, *Th. Fr.*

Hab. rarius hujusce agri qvoqve in *Maalselven* ad radicem alpium *Istinderne* parcius, tamen fructificans.

63. PILOPHORON FIBULA, *Tuck.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Bejeren* ad cataractam rivi *Tullaaen* (c. 66°); in *Maalselven* ad *Traangen* convallis *Dividal*, nec non ad *Bardufossen*, ibi latit. bor. attingens c. 68° 60. Qvæ omnia loca sunt angustiæ rupium a flumine rapido v. cataractam efficiente perfluxæ.

64. CLADONIA FIMBRIATA, *(Hoffm.)* f. DENTICULATA, *Flk.*

Hab. qvoqve in *Vesteraalia* ad *Hadselö*, nec non (minus typica) in insula *Tromsö*, ibi jam a *Vahl* lecta latit. bor. attingens c. 69° 40.

65. CLADONIA PYXIDATA, (*L.*) * EPIPHYLLA, *Ach.*

Hab. nov. forma hujusce agri (fere = Exs. Hepp L. E. 544, foliis tamen firmioribus) in insula *Tromsö*, ibi latit. bor. attingens c. 69° 40.

*CL. CARIOSA (*Ach.*) V. PRUNIFORMIS.

Forma a primaria recedens podetiis abbreviatis fere nullis, apotheciis symphycarpeis (vulgo cæsiopruinosis hab. in *Kvæfjord* ad *Vig* & *Vogteren*.

66. CLADONIA FLÖRKEANA, *Fr.*

Hab., antehac in Nordlandia meridionali rarius lecta, qvoqve in tractu littorali exteriore ad *Hadselö* Vesteraaliæ, ibi latit. bor. attingens 68° 30. Hydrato kalico non tingitur.

67. CLADONIA DIGITATA (*L.*)

Optime *fructificans* hab. qvoqve in *Salangen* ad *Krogen*; in *Maalselven* passim ex. gr. ad *Tagelvdal*, ad *Moen*, ibi latit. bor. attingens c. 69° 8—9.

68. CLADONIA DELICATA, *Flk.* SUBSQVAMOSA, *Nyl.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ Norvegiæ in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*.

69. CLADONIA ECMOCYNA, *Ach.*

Hab. qvoqve in Norvegia arctica ex. gr. in *Bejeren* ad alpes prope *Arstaddal.*

UMBILICARIEI.

70. GYROPHORA ANTHRACINA (*Wulf.*)

Hab. verisimiliter rarior, antehac tantummodo e Saltdalen & Varangria meridionali indicata, qvoqve in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Gumpendal*; in *Maalselven* ad *Istinderne*, utroque loco supra terminum Betulæ nascens copiose.

71. GYROPHORA SPODOCHROA (*Hoffm.*) — DEPRESSA, *Schrad.*

Hab., antehac e Saltdalen & Lofoten indicata, qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstad*; in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord*, ibi latit. bor. attingens c. 69° 8—10.

72. GYROPHORA VELLEA (*L.*) *Ach.*

Hab. qvoqve in *Salangdal* ad *Forsæt* (diametro usque ad 0,11 met. menso); in *Maalselven* ad radicem alpium *Istinderne*, inde specimen fructiferum diametro tantum c. 0,03 met. menso, sporis 0,006—7 rarius 0,009 m. m. longis; præterea in *Varangria boreali* ad *Jakobselv* luxurians, sterilis ut alibi.

73. GYROPHORA HIRSUTA (*Ach.*) *Fr.*

Hab., antehac e duobus locis indicata, qvoqve in *Gildeskaal* ad *Skovvold*, ibi specimen fructiferum lectum, 0,01—2 met. diametro, apotheciis planiusculis qvidem, tamen gyrosis & tenuiter marginatis, sporis 0,010—18 (vulgo 0,015—16) m. m. longis (sec. Nyl. L. Sc. p. 115 0,010—11 m. m.). Forsitan speciei dubiæ.

LECIDEINEI.

74. PSORA OSTREATA (*Hoffm.*) β MYRMECINA (*Ach.*)

Hab. forma primaria, cujus specialia loca, qvantum scio, non indicata sunt, qvoqve in convalle *Maalselven* ad *Tagelvdal*; in *Porsangria* prope *Laxevandene*, ibi latit. bor. attingens 69° 50—70°. Varietas occurrit in *Maalselven* ad *Blaabjerg* convallis *Bardu*, ad *Tagelvdal*; nec non in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ex. gr. ad *Haldivuovde*, ad *Skaida*, juxta fl. *Anarjok* ad *Vassivuovde*. In *Maalselven* hæc qvoqve ad non carbonisatas Pinos observata est; itaque vix tantummodo e loco habitandi oritur.

75. PSORA RUBIFORMIS (*Wg.*)

Hab. rarior, ut videtur, qvoqve in *Maalselven* ad radicem alpium *Istinderne* (recedens & sterilis, forsitan dubia); in *Tanen* ad *Seida*; in *Varangria boreali* prope *Jakobselv* ad radicem alpis *Flintenæsen*, nec non in *Finmarkia continentali* interiore ad partem interiorem fluminis *Tanaelv*.

76. PSORA LURIDA (*Sw.*)

Hab., antehac e Saltdalen indicata, qvoqve in *Gildeskaal* ad rupes sublittorales prope *Indyr* copiosissime; in *Ofoten* intra *Evenæs*; in *Maalselven* ad *Rostafjeld* supra terminum Betulæ; in insula *Tromsö*; ad *Flöifjeld*; nec non in *Alten* ad *Storvignæs*, ibi latit. bor. 70° appropinqvans.

77. PSORA ATRORUFA (*Dicks.*)

Lichen frequens per magnam partem agri adscendit qvoqve in cacumina alpium altius supra terminum Betulæ ex. gr. ad *Laxetind* sinus *Ofoten*, ibi socia *Ranunculi glacialis*.

78. PSORA DECIPIENS (*Ehr.*)

Hab. quum ad rupes littorales sc. in *Gildeskaal* ad *Indyr* copiose; in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*; tum ad cacumina alpium & littoralium & continentalium sc. in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen*; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*; in *Maalselven* ad *Istinderne*, ad *Rostafjeld* (fructificans in summo cacumine); nec non ad alpem *Flöifjeld* prope *Tromsö*.

79. TONINIA SQVALIDA (*Ach.*)

Hab. qvoqve in insula *Tromsö*.

80. TONINIA FUSISPORA (*Hepp.*)

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norveg. in *Bejeren* prope *Solövand*.

81. THALLOIDIMA CANDIDUM (*Web.*)

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad jugum supra *Heminghyt*; in *Salangdal* prope *Krogen*; in *Maalselven* ad *Rostafjeld*, ad *Blaabjerg* convallis *Bardu*.

82. THALLOIDIMA VESICULARE (*Hoffm.*)

Hab. e specialibus locis paucis prius indicatum qvoqve in *Gildeskaal* ad tractum prædii *Indyr*, ad *Oldervig*; in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*, ad *Lille-Skaanland*; in *Salangdal* ad *Krogen*; in *Maalselven* interiore ad *Rostafjeld*; in insula *Tromsö*, ad *Flöifjeld*; in *Varangria meridionali* ad *Bugönæs*.

83. THALLOIDIMA RIMULOSUM, *Th. Fr.*

Hab., antehac e Jarfjordbotten Varangriæ meridionalis

indicatum, qvoqve i *Gildeskaal* ad rupes calcareas prope *Indyr*; nec non in *Salangen* ad angustias prope lacus *Övre- & Nedrevand.*

84. BÆOMYCES ROSEUS, *Pers.*

Hab., antehac e paucis locis indicatus, qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen*; in *Gildeskaal* ad *Skovvold*, ad *Indyr*; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*, ad alpes prope *Gumpendal*; in *Maalselven* ad latera alpium *Istinderne*; ad alpem *Flöifjeld* prope *Tromsö*; in insula *Hukö* (71°) littoralis exterioris; in insula *Seiland* ad radicem alpis *Hönsebyfjeld*, ibi latit. bor. attingens 70° 30—31; in Tanen ad *Algasvarre*, unde jam a *Th. Fries* indicatus; nec non in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Tanaelv* prope *Storfossen* quum latere *Norvegico* tum *Fennico*. Locis ultimis optime fructificans, alibi tantum initiis imperfectis apotheciorum lectus.

85. SPHYRIDIUM PLACOPHYLLUM (*Wg.*)

Hab. ex. gr. qvoqve in *Gildeskaal* inter *Dal & Indyr*; in *Maalselven* ad *Rostafjeld*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ex. gr. ad *Assebakte*, ubi qvoqve male fructificans.

86. HELOCARPON CRASSIPES, *Th. Fr.*

Hab., antehac e Finmarkia orientali indicatum, qvoqve in *Bejeren* Nordlandiæ ad cataractam rivi *Tullaaen*; nec non juxta fl. *Tanaelv* ad *Seida*.

In speciminibus Nordlandicis apothecia graciliora, crusta pure cinerea nec in rufum paullo vergens ut sæpe in lichene Finmarkiæ orientalis.

87. BACIDIA RUBELLA (*Ehr.*)

Hab., antehac ut rarissima e Saltdalen indicata, qvoqve in *Maalselven* ad Salices prope *Moen*, ibi latit. bor. attingens 69° 8—9. In his speciminibus, qvorum thallus obsoletus, sporæ tantum 0,024—30 m. m. longæ.

88. BACIDIA PHACODES, *Körb.*

Hab. nov. civ. Floræ arcticæ in insula *Tromsö* ad lignum putrescens, ibi latit. bor. attingens 69° 38—43.

Recedit arctica *viridior*: thallo crassiore, granuloso, viridi, qvali in B. rosella, a qva tamen figuratione apotheciorum præcipue juvenilium, colore disci exteriore & interiore, sporis multo gracilioribus (adhuc gracilioribus in arctica qvam in australiore, sc. 0,025—30 m. m. longis, c. 0,001 m. m. latis)

distingvitur. Paraphyses totæ fere omnino hyalinæ, apice vix sensibiliter coloratæ, conglutinatæ. Gelatina hymenii jodo levius cærulescens qvam in australiore, demum, ut in hac, violacee fuscescens. Hydrato kalico apothecia non tinguntur, dum ea B. rubellæ præcipue juniora ad marginem ægre sensibiliter lutescunt.

89. BACIDIA ATROGRISEA (*Deb.*) *Th. Fr. L. a. p.* 180.

Hab. sp. rarior, ut videtur, hujusce agri qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstadskaret*, ad *Harstadhavn*; in *Maalselven* ad *Maalsnæs*, hisce locis ad terram supra muscos. Apothecia vulgo demum angulosa, margine in eodem specimine nunc nudo nunc cæsio pruinoso (ut in f. irrorata, Th. Fr.); crusta semper tenuis nec conglomerato-verrucosa.

90. BACIDIA INUNDATA (*Fr. Stzb.*)

Hab. nov. civis Floræ arcticæ in insula *Rollen* Nordlandiæ ad rupes prope *Havnvig* (si non in Bejeren, qvod non credo; shedula perdita!), ibi latit. bor. attingens c. 68 ° 47.

Crusta cineree viridis. Discus apothecii nunc sordidule carneus, nunc nigricans; margo sæpius disco multo dilutior. Sporæ rectæ, 0,024—33 m. m. longæ, c. 0,002 m. m. latæ.

91. BACIDIA *SP.*

Hab. nov. civ. Flor. articæ, thallo hypophloeode, alnicola, ob specimina minus evoluta non definite determinanda in *Maalselven* interiore prope *Övergaard.*

92. BACIDIA VIRIDESCENS, *Mass.*

Hab. nov. civ. Flor. articæ Norvegiæ in *Bejeren* prope *Solövand.* Specimen recedit margine apothecii minus elevato, sporis tantum 0,021—30 m. m. longis.

93. BILIMBIA SPHÆROIDES (*Dicks.*)

Hab. qvoqve in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in isthmo *Kvæfjordeidet*; in *Throndenæs* ad *Harstadskaret*; in *Maalselven* ad *Maalsnæs*, ad *Iselvmo*, ad *Övergaard* convallis interioris; in *Varangria meridionali* ad *Bugönæs.*

94. BILIMBIA OBSCURATA (*Smf*)

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Solövand*; in *Kvæfjord* ad *Kvæfjordeidet*; in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*, in *Maalselven* ad *Iselvmo*; in insula *Tromsö.*

95. BILIMBIA SYNCOMISTA (*Flk.*)

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand*, ad alpem

*Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ (non sporigera visa); in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Ofoten* ad *Evenæs*, ad *Ungsmalö*; in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*; in *Salangdal* ad *Krogen*, ad alpes prope *Holtet* supra terminum Betulæ; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*; in *Maalselven* ad *Sandnæs*, ad alpem *Aglapen*, ad *Rostafjeld*; prope *Tromsö* ad *Flöifjeld*; in insula *Maasö* (71°); in *Varangria meridionali* ad *Bugönæs*. In insula *Tromsö* qvoqve saxicola ad rupes calceareas dissolutas. Forma *diluta*: apotheciis pallidis, fuscidule testaceis, hymenio toto subhyalino occurrit ad *Bugönæs* Varangriæ meridionalis.

BIATORINA DILUTA (*Pers.*)

Hab. rarissima, antehac e Jarfjordbotten Finmarkiæ orientalis indicata, qvoqve prope Tromsø ad alpem *Flöifjeld*.

96. BIATORINA NIVALIS (*Körb.*)

Hab. rarus, ut videtur, lichen qvoqve in *Vesteraalia* ad *Hadselö* prope *Stokmarknæs*. Sporæ mei speciminis paullo minores qvam a Th. Fries L. arct. p. 186 afferuntur, sc. 0,024—28 m. m. longæ, 0,004—5 m. m. latæ. Gelatina jodo cærulescit quum hymenii tum hypothecii (passim levius). Hydrato kalico apothecia tinguntur atro-purpuree, thallus roseo-purpuree.

97. BIATORINA CUMULATA (*Smf.*)

Hab. lichen, ut videtur, per magnam partem agri frequentior, qvoqve ex. gr. in *Alten* prope *Bossekop*, ad jugum *Borras*; ad *Havösund*; ad *Jakobselv*, ad *Seidafjeld* Varangriæ borealis; ad *Lille-Lerpollen* sinus Tanafjord.

98. BIATORINA STEREOCAULORUM, *Th. Fr.*

Hab., antehac ex alpibus Lebesbyensibus Finmarkiæ orientalis indicata, qvoqve in *Sör-Reisen* Nordlandiæ ad alpes prope *Gumpendal*, parcius supra terminum Betulæ visa.

99. BIATORA DECOLORANS (*Hoffm.*)

Hab. frequentior & passim copiosa qvoqve in *Maalselven* ad partem exteriorem convallis *Bardu*; in insula *Tromsö* & ad alpem *Flöifjeld*; in *Alten* passim copiose; in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ad *Assebakte*, juxta fl. *Tanaelv* ad *Storfossen*.

100. BIATORA COARCTATA (*Ach.*)

Hab., antehac e Saltdalen & Bodø indicata, qvoqve longius arctoam versus in *Versteraalia* ad *Hadselö* (supra

*Melbo*); in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn* passim; in *Salangdal* ad *Krogen*; in insula *Tromsö* frequenter, ad alpem *Flöifjeld*, locis ultimis latit. bor. attingens 69° 38—42.

101. BIATORA WALROTHII (*Spreng.*)

Hab. nov. civ. Floræ arcticæ prope *Tromsö* ad alpem *Flöifjeld*, in vicinia termini Betulæ parce visa. Recedit margine apothecii thallino farinoso.

102. BIATORA CINNABARINA (*Smf.*)

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Muldjord* non copiose; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv* copiose, ibi qvoqve ad corticem & lignum Betulæ. In alpibus inter Vaage & Gausdal Norvegiæ meridionalis frequens est ad Juniperos supra terminum Betulæ, ibi pulcherrima abunde fructificans.

103. BIATORA RUPESTRIS (*Scop.*)

Hab., antehac in Saltdalen a *Sommerfelt* lecta, qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr*, ad *Oldervig*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö* (*Melbo*); in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*; in insula *Tromsö* passim, ad alpem *Flöifjeld* in vicinia termini Betulæ. Sporæ sæpius qvoqve bene evolutæ c. 0,010 m. m. longæ.

*B. INCRUSTANS (*D. C.*)

Hab. nov. forma Floræ articæ in *Gildeskaal* ad prædium pastoris, ibi, ut videtur, in primariam *B. rupestrem* omnino abiens.

104. BIATORA SIEBENHAARIANA, *Körb.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris*; in *Salangdal* ad alpes supra *Hollet* (f. dubia, forsitan *B. rupestris*), ibi terminum Betulæ superans; nec non in *Varangria boreali* ad *Jakobselv* (*Flintenæsen*), ibi latit. bor. attingens 70° 8—9.

105. BIATORA VERNALIS (*L.*)

Hab., per majorem partem agri frequentior, ut videtur, qvoqve in *Bejeren* ad *Troaa*; in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö* (*Melbo*, *Stokmarknæs*); in *Throndenæs* ad tractum prædii *Seljestad*, ad *Lille-Skaanland*; in *Maalselven* ad *Maalsnæs*, ad *Istinderne*, ad *Rubben* convallis *Bardu* intimæ, ad *Iselvmo*; in insula *Tromsö* & ad alpem *Flöifjeld*; in *Alten* ad *Bossekop*; prope oppidum *Hammerfest*; ad *Kjöllefjord* (c. 70° 57′); nec non juxta fl. *Tanaelv* interius prope *Storfossen*.

106. BIATORA SYLVANA, *Körb.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ ad Salices in insula *Tromsö* copiose, ad *Flöifjeld*, ibi latit. bor. attingens 69° 38—43. Omnino qvale ex. Hepp. L. E. 487.

107. BIATORA CUPREA (*Smf.*)

Hab., ad magnam partem alpium frequentior, qvoqve ex. gr. in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen*, ad *Troaa*; in *Salangdal* ad alpes supra *Holtet*; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*, ad alpes prope *Gumpendal*; in *Maalselven* ad *Istinderne*, ad jugum vastum inter *Bangen* convallis *Bardu* & *Kjelelvdal* passim copiose; ad alpes circum *Tromsödal* passim copiose; ad alpes prope *Talvig* copiose.

108. BIATORA MISCELLA (*Ach.*) *Fr.*

Hab. qvoqve ex. gr. in *Bejeren* supra *Heminghyt*; in *Throndenæs* ad *Seljestad*; in insula *Tromsö*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore secus fl. *Tanaelv* ad alpem *Rastegaise*, ad partem superiorem fluminis *Karasjok*, ad *Bavdojavre.*

109. BIATORA CASTANEA, *Hepp.*

Hab., antehac in Finmarkia orientali a *Th. Fries* lecta, qvoqve ad latera jugi *Thomasjordaasen* prope *Tromsö.*

110. BIATORA OBSCURELLA (*Smf.*)

Hab., antehac e Saltdalen & Alten indicata, qvoqve in *Maalselven* ad *Elvskiftningen.*

111. BIATORA TENEBRICOSA (*Ach., Nyl.*)

Hab. nov. forma Floræ arct. Norvegiæ (fere omnino similis exs. Anzi Ven. 27) in *Maalselven* prope *Bakkehoug* & *Nordmoen* ad truncos Alni pubescentis. Sporæ elliptico-oblongæ 0,012—15 m. m. longæ, 0,003—4 m. m. latæ; paraphyses validiores unacum hypothecio saturatius fusciduło-rufescentes qvam in specimine Anziano (*B. alnicola.*)

* B. ERYTHRYPHÆA (*Flk.*) (?).

Hab. rarior qvoqve in insula *Tromsö* ad Salices. Cl. *Th. Fries* eam determinavit. In speciminibus meis sporæ latiores (usque ad 0,006 m. m. latæ) & paraphyses gelatinose conglutinatæ validiores qvam in primaria.

112. BIATORA FUSCESCENS (*Smf.*)

Hab. lichen verisimiliter sat frequens qvoqve in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Maalselven* prope mare ad *Maalsnæs* (qvoqve ad Juniperum), ad partem intimam convallis *Bardu* (*Rubben*); in insula *Tromsö* frequenter copiose, ad alpem *Flöifjeld* (qvoqve ad Salicem); in *Alten* ad *Eibydal* (qvoqve

ad *Salicem* & ad *Alnum*); in *Tanafjord* ad *Store-Lerpollen* (qvoqve ad *Salicem*); nec non in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv.*

113. BIATORA TORNØENSIS, *Nyl.*

Hab., antehac e Tanen & Bossekop a *Th. Fries* indicata, qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand* (ad Juniperum); in *Maalselven* ad *Moen*; in insula *Tromsö*; ultimis locis ad Betulam; nec non in *Varangria boreali* ad *Jakobselv* (ad Juniperum).

Sæpe ecrustacea v. in crusta aliorum lichenum nascens, tamen interdum thallo proprio & insigni qvoqve gaudet. Est hypophloeodes, macula tenuiter papulosa notata, cujus color proprie rufo-fuscus semel visus non fallet, similis apotheciis ejusdem v. thallo Pyrenopsidis hæmaleæ, tantum utroque multo pallidior. In papulis crustæ demum confluentibus gonidia copiosa. Non omnes sporæ limbatæ.

114. BIATORA ULIGINOSA (*Schrad.*)

Hab. qvoqve ex. gr. in *Hadselö* Vesteraaliæ prope *Stokmarknæs*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; præterea in *Finmarkia continentali* interiore ad *Storfossen* fluminis *Tanaelv*, ad *Bavdojavre*.

115. BIATORA TURFOSA (*Mass.*) * VERRUCULA.

*Crusta* tenuissima late expansa substratum vernicee obducens, cinerea v. nigricans, v. obsoleta, humectata obscurior, gelatinosa, passim rugulosa. *Apothecia* crebra, sessilia, ab initio convexa & omnino immarginata, 0,3 m. m. v. ultra lata, nigra, e lenticulari-turbinato globosa, demum rugulosa, difformia, sæpe confluentia. *Paraphyses* non distinctæ, in texturam fibrosam v. grumulosam, fuscidulam, fasciatim & ad epithecium fuscum coalitæ. *Sporæ* (rarius occurrentes) elliptico-oblongæ, fuscidulo-hyalinæ, 0,010—18 m. m. longæ, 0,003—5 m. m. latæ. *Hypothecium* saturate fuscum. *Gelatina* hymenialis jodo (interdum violacee) cærulescens.

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ copiose in *Bejeren* ad jugum supra *Heminghyt*, ibi plagas majores locorum turfosorum suo tempore inundatorum vestiens.

116. BIATORELLA RESINÆ, *Fr.*

Hab., antehac tantummodo in Saltdalen a *Sommerfelt* lecta, qvoqve in *Maalselven* interiore prope *Överby*; in insula

*Tromsö* ad postes pineos sepium; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ad *Haldivuovde* & alibi, tamen omnibus locis parce visa, dum in Saltdalen copiosa refertur. In *Maalselven* qvoqve pycnides adsunt, apotheciis concolores, conico-papillæformes, qvarum stylosporæ sporis similes.

117. BIATORELLA CONSPURCANS, *Norm.*

Ut videtur, occurrit præcipue ad latus septentrionem spectans truncorum, dum subseqvens ad qvodlibet latus.

118. BIATORELLA MICROHÆMA, *Norm.*

Hab. in insula *Tromsö* passim parcius; in convalle *Maalselven* interiore ad *Bjerkeng*, ad *Divimo*, utroque loco parcissime visa. Semper ad Salices.

119. BIATORELLA IMPROVISA, *Nyl.*

Hab. qvoqve in *Finmarkia continentali* interiore juxta flumina *Karasjok* & *Anarjok*.

120. BIATORELLA ROUSSELII (*Dur. & Mont.*)

Hab. nov. civ. Floræ arcticæ prope *Tromsö* ad alpem *Flöifjeld*, ibi infra prærupta calcarea, paullo supra terminum Betulæ, latit. bor. attingens 69° 39–40. Sporæ 0,007—9 m. m. longæ. Sic Flora arctica Norvegiæ qvinqve species generis numerat; forsitan sexta sc. *B. germanica* detegenda est.

121. BLASTENIA LEUCORÆA (*Ach.*)

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*; in insula *Tromsö*.

122. LOPADIUM PEZIZOIDEUM (*Ach.*)

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Troaa*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Maalselven* ad *Maalsnæs*, ad *Moen*, ad *Iselvmo*, ad *Rubben* convallis *Bardu* intimæ, ad *Istinderne*, ad *Rostafjeld*; in insula *Tromsö* frequenter; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*; in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs*.

123. LOPADIUM FUSCO-LUTEUM (*Dicks.*)

Hab. qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*, ad *Lille-Skaanland*, ad partem occidentali-meridionalem insulæ *Tromsö*, his omnibus locis in tractu littorali; præterea a mari remotius in *Maalselven* prope Moen, nec non ad radicem alpium *Istinderne* in vicinia termini Betulæ. Sporæ 0,042—54 m. m. longæ, 0,024—34 m. m. latæ, in speciminibus locorum magis continentalium tamen non maturæ visæ, ut qvoqve in *L. pezizoideo* hujus tractus non raro

accidit. Descriptio faciei externæ *Lecideæ* v. *Caloplacæ fuscoluteæ* apud *Sommerfelt & Th. Fries* (Supl. Fl. L. L. arct.) fere credere facit, eos Lopadium ante oculos habuisse.

124. ARTHRORHAPHIS FLAVO - VIRESCENS (*Dicks.*)

Hab. qvoqve in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen* supra terminum Betulæ, ad *Solö;* in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*, ad alpes prope *Gumpendal;* in *Maalselven* ad *Rostafjeld*, ad *Istinderne;* in insula *Tromsö;* in tractu continentali interiore juxta fl. *Tanaelv* ad *Storfossen* latere *Fennico.*

125. CATILLARIA (*Buellia*) CHIONEA, *n. sp.*

*Crusta* sat tenuis, nivea v. alba, ad superficiem farinosa, subcontigua v. tenuiter rimulosa, hydrato kalico non tincta, hypothallo obsoleto. *Apothecia* sat crebra, adnata v. basi innata, erumpentia margine accessorio thallino cincta, ab ipsis rimulâ separato, ab initio plana, sæpe angulosa, disco atro, demum nudo, margine crasso, obtuso, farinose albo v. demum livido, numqvam nudo, persistente. *Paraphyses* conglutinatæ, subhyalinæ, apicem versus sensim saturatius fusco-violaceæ. *Sporæ* 8næ, ellipticæ, obtusæ, biloculares, ad septum paullo constrictæ, 0,012—15 m. m. longæ, 0,006—10 m. m. latæ, demum nunc subhyalinæ, nunc sæpius totæ v. maculatim violacee v. nigritule suffusæ.

Hab. lichen, externe Rhizocarpo calcareo minori similis, in *Bejeren* ad *Troelid* prope cataractam rivi *Tullaaen.*

126. LECIDEA LAPICIDA (*Ach.*) *Fr.*

Hab. rarior, ut videtur, hujus agri qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstadhavn;* in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord* (eximia).

127. LECIDEA ARCTICA, *Smf.*

Hab. lichen per magnam partem agri frequentior qvoqve in *Bejeren* ad *Troaa*; in *Throndenæs* ad *Seljestad;* in *Maalselven* ad *Sandnæs*, ad *Bugten &* alibi; in tractu *Tromsöensi* frequentior; in *Alten* passim copiose; in insula *Seiland* ad Komagnæs; ad *Havösund*; in *Tanafjord* ad *Lille-Lerpollen*, ad *Algasvarre.*

128. LECIDEA NEGLECTA, *Nyl.* (?).

Occurrit crusta sterilis, tantummodo semel unico apothecio visa, ad hanc speciem, ut suspicor, pertinens frequentius per agrum quum prope littora maris tum ad cacumina alpium elevatissima ex. gr. in *Bejeren* ad alpes prope *Arstaddal*, in

*Vesteraalia* ad *Hadselö;* in *Finmarkia occidentali* ad *Garrajok* præfecturæ *Alten*, ad *Havösund*; in *Finmarkia orientali* ad *Jakobselv* & cet.

129. LECIDEA ELABENS, *Fr.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* supra *Heminghyt*; in *Maalselven* ad sceleta Pinorum frequenter copiose; in *Skjervö* ad partem interiorem convallis Reisendal; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta flumina *Karasjok* & præcipue *Anarjok* frequentius copiose & optime evoluta. Hæc species locis citatis adhuc frequens, tamen in futurum qvoqve anno rarior fiet, prout sceleta Pinorum & trunci a vento dejecti silvas antea obruentes, ad qvos lichen habitat, in usum oeconomicum convertentur v. putredine delebuntur.

130. LECIDEA TURGIDULA, *Fr.* β. DENUDATA, *Fr.*

Hab. qvoqve in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Anarjok.*

131. LECIDEA TENEBROSA, *Fw.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in insula *Tromsö.* Determinavit *Th. Fries.*

132. LECIDEA AGLÆA, *Smf.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad cacumen jugi prope *Skovvold;* nec non ad cacumen jugi *Seidafjeld* Finmarkiæ orientalis.

133. LECIDEA ELATA (*Schär*).

Hab. rarior species qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstadhavn* prope littora maris; in *Salangdal* interiore ad alpes supra *Lund.*

134. LECIDEA ARMENIACA (*DC.*) β. METALEUCA, *Smf.*

Hab. rarior species qvoqve ad *Thomasjordaasen* prope *Tromsö;* nec non in *Finmarkia continentali* interiore ad alpem *Rastegaise*, juxta fl. *Anarjok*, ibi formæ ad primariam magis accedentes.

135. LECIDEA RAMULOSA, *Th. Fr.*

Hab., antehac e *Flöifjeld* prope *Tromsö* a detectore indicata, qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand* infra terminum culturæ Cerealium, ad *Meraftenklumpen*; in *Salangdal* ad alpes supra *Lund*; nec non in *Sör-Reisen* ad alpem *Middagsfjeld*, vulgo supra terminum Betulæ nascens. Specimina mea a descriptione cl[i] *Th. Fries* (Bot. Not. 1866 p. 14) apotheciis

*sessilibus* abhorrent. Non raro crusta facile dignota tantum sterilis occurrit.

136. LECIDEA EPIPLOICA, *Norm.*

Hab. in *Sör-Reisen* (ɔ: parochia Tranø, non „Tromsø") ad cacumen alpis *Middagsfjeld* elevatius supra terminum Betulæ.

137. LECIDEA GEOPHANA. *Nyl.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. in convalle *Maalselven* prope *Moen;* in insula *Tromsö* passim; nec non in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*, ibi latit. bor. attingens 70° 6–7.

Sporæ sæpissime & typice 16næ, in hoc tractu haud raro minores qvam a clo. *Nylander* visæ, præcipue in speciminibus Varangricis, ubi tantummodo 0,004–5 m. m. latæ, tamen huic speciei, non affini *L. boreellæ*, referendis. Gelatina jodo intense cærulescens, demum subnigricans.

138. LECIDEA VITELLINARIA, *Nyl.*

Hab., antehac ex Alten indicata, qvoqve in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö* prope *Melbo*; in *Balsfjord* ad *Myre*; nec non in insula *Tromsö.*

139. MYCOBLASTUS SANGVINARIUS (*L.*)

Hab. frequentior lichen qvoqve ex. gr. in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Bejeren* ad *Heminghyt*; in *Vesteraalia* ad *Hadselö;* in *Maalselven* freqventer copiose; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta flumina *Karasjok* & *Anarjok* frequentius. Occurrit qvoqve *saxicola*, tamen revera sæpius supra crustas tenues aliorum lichenum saxicolarum, raro immediate ad saxum ipsum, ex. gr. ad *Stokmarknæs* insulæ *Hadselö*, in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord* & cet. Occurrit f. *plethorica*: crusta crassiore eximie verrucosa, verrucis strato sangvineo (sub gonimo) repletis. Hæc ex. gr. in *Maalselven* ad *Elveskiftningen*, nec non alibi.

140. SPOROSTATIA CINEREA (*Schär.*)

Hab., antehac ex unico loco hujusce Floræ & Scandinavicæ indicata, qvoqve ad tractum meridionalem insulæ *Tromsö* ad parietes rupium septentrionem spectantes. Specimina collecta, qvia mihi interciderunt, examinare non potui; sed cl. *Th. Fries*, qvi ante tres annos species paucas tunc a me lectas benigne determinavit, ea huc pertinere declaravit.

141. SARCOGYNE PRIVIGNA (*Ach.*) *β. clavus* (*DC.*)

Hab., antehac e Saltdalen indicata, qvoqve, vulgo a

varietate comitata, in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris* (qvoqve disco pruinoso); in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*; in insula *Rollen* prope *Ibbestad* (ibi eximia).

142. SARCOGYNE PRUINOSA (*Sm.*)

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Gildeskaal* ad *Indyr*; nec non, magis in præcedentem vergens, in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*. Sporæ maturæ non a me visæ.

143. SARCOGYNE CHALCOMAURA, *n. sp.*

*Crusta* passim interrupta latius expansa, cervina v. e cervino nigricans tenuis, rugulosa, sulcato-areolata areolis minutis, v. his remotiusculis, v. obsoleta. *Apothecia* magnitudine S. pruinosæ, saturate brunneo-nigra v. nigra, intus tota fusco-nigra, nuda, adnata, juvenilia plana margine manifesto v. subobsoleto, tenui, integro, v. minutissime ruguloso, atro, nitidulo cincta, demum convexa margine excluso. *Paraphyses conglutinatæ*, fuscidule hyalinæ (segmento crassiore fuscæ), apice saturate fuscæ. Sporæ globosæ v. subglobosæ, 0,001—3 m. m. latæ. *Hypothecium* simplex fusco-nigrum, usqve ad 0,12 m. m. crassum. *Gelatina* hymenii jodo post cærulescentiam leviorem viridulam saturate fuscescens.

Hab. in insula *Tromsö* ad scopulos calcis primitivæ.

144. BUELLIA PAPILLATA (*Smf.*)

Hab. qvoqve in *Salangdal* ad alpes supra *Holtet*; in *Sör-Reisen* ad *Middagsfjeld*; in *Maalselven* ad *Rostafjeld*.

145. BUELLIA THIOCONIS, *n. sp.*

*Thallus* latius expansus, leprosus, pallide sulphureus v. albidus, hypothallo obsoleto. *Apothecia* usque ad 0,5 m. m. lata, vulgo minora, disco primitus concaviusculo, mox plano, margine subexcluso. *Paraphyses* arcte conglutinatæ, fuscidulæ, apice saturate fuscæ. *Sporæ* 8næ v. suboctonæ, oblongæ, sat obtusæ, 4-loculares, 0,010—18 (vulgo 0,012) m. m. longæ, c. 0,005 m. m. latæ. *Hypothecium* crassiusculum, obscurius fuscum, (etiam tenui segmento visum).

Hab. in insula *Tromsö* ad terram muscis & lichenibus destructis vestitam.

146. BUELLIA CONIOPS (*Wg.*)

Hab. qvoqve in insula *Tromsö* passim copiose.

147. BUELLIA SCABROSA (*Ach.*) *β* CINERASCENS, *Th. Fr.*

Hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand*; in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ad *Assebakte*.

148. BUELLIA CONVEXA, *Th. Fr.*

Hab., antehac e Storfjeldet Varangriæ indicata, qvoqve in insula *Tromsö* supra Physciam cæsiam.

149. RHIZOCARPON ALBO-ATRUM (*Hoffm.*) MARGARITACEUM (*Smf.*)

Hab., antehac e Saltdalen indicatum, qvoqve in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris*; in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*; in *Sör-Reisen* ad *Finsæt*, ibi latit. bor. attingens 69° 7.

## GRAPHIDEI.

150. LECANACTIS DILLENIANA (*Ach.*)

Hab., antehac sterilis rarius lecta in Saltdalen, qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstadskaret* inter *Skaanland* & *Nipen*; in *Maalselven* pluribus locis etiam in convalle *Bardu* ad radicem alpis *Blaabjerg*; ad partem meridionalem insulæ *Tromsö;* ad alpem *Flöifjeld*; nec non vestigium ejus, nisi fallor, in *Alten* ad rimas rupium inter *Bossekop* & *Goskavarre* visum, ibi tamen incerta, omnibus locis fere semper sterilis vel initiis apotheciorum ornata; præterea in *Finmarkia orientali* ad *Jakobselv* Varangriæ borealis prope cataractam infimam (ad prærupta ripæ occidentalis), ibi fructificans & sporigera latit. bor. attingens 70° 7—8. Apothecia nunc bene evoluta, nunc prolifera & difformia, disco sæpius pruinoso. Sporæ septis obsoletis, post evacuationem contenti manifestis, angustiores, 0,020—24 m. m. longæ, 0,004—5 latæ. Gelatina jodo flammee rubens.

151. OPEGRAPHA PERSOONII, *Ach.*

Hab. nov. & inopinata civ. Flor. ariticæ in *Gildeskaal* ad *Indyr* & *Skovvold*; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Hardstad* copiosius; in *Maalselven* paullo intra *Maalsnæs* non parce; in insula *Tromsö* parce, ad alpem *Flöifjeld* supra terminum Betulæ, his locis latit. bor. attingens 69° 39—40.

An lichen revera hæc species sit, non certe dijudicare possum defectu speciminis authentici. A descriptione optima Stitzenbergii præcipue recedit *thallo* vulgo (semper?) erythrogonimico, itaqve recente statu rufescente, v., si cinereo, immo cinereofusco, in rufum tamen paullo vergente, intus luteo, gonidia chroolepidea fovente. E Gildeskaal eam thallo albicante reportavi. *Apothecia* aggregata, confluentia, sæpe flexuosa, ramosa, prolifera, glomerulos sparsos constituentia.

Externe optime evoluta, qvoad partes internas tamen sæpe incompleta, nunc omnino sterilia, nunc sporas male evolutas, simplices v. biloculares, raro qvadriloculares liberas alentia. *Sporæ* sunt 0,015—20—24 m. m. longæ, 0,004—5 m. m. latæ, vulgo lanceolate acutiusculæ. *Paraphyses* fuscescentes, sat conglutinatæ, difficulter separandæ. *Gelatina* hymenii jodo rubens.

152. ARTHONIA ASTROIDEA, *Ach.*

Hab., antehac e *Saltdalen & Polmak* indicata, qvoqve in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris*, ibi qvoqve ut f. *radiata* (Pers.) occurrens; in *Salangdal* ad *Elvevold*; in *Maalselven* passim ex. gr. ad *Moen*, *Bakkehoug*, *Iselvmo*, *Bjerkeng*; in insula *Tromsö*, ad radicem alpis *Flöifjeld* (69° 39—40); nec non in *Varangria meridionali* ad *Klostervand* prope *Svanvig*; ibi non bene evoluta, sporis raro occurentibus, gelatina hymenii jodo non tincta v. ochracee lutescente (f. *passiva*, m.) Locis supra enumeratis alnicola est.

153. ARTHONIA MEDIELLA, *Nyl.*

Hab., antehac tantummodo e Bossekop indicata, in qvo tractu eam v. formam appropinqvantem alnicolam prope *Eiby* legi, qvoqve in insula *Tromsö* copiose, ad alpem *Flöifjeld* (ad Alnos). Observandum est, thallum manifestum non raro adesse, primitus hypophloeodem, demum efflorescentem, leprosum, viridule cinereum (madidum virentem).

154. ARTHONIA PUNCTIFORMIS, *Ach.*

Hab., antehac in Saltdalen a *Sommerfelt* lecta, qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr* ad ramos juniores Populi.

155. ARTHONIA SORBINA, *Körb.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in insula *Tromsö* ad Prunum Padum, nisi fallor (Sorbum?). Specimini lecto apothecia sunt minus bene evoluta, rarissime ascos & sporas (in specimine Silesiaco authentico frequentes) producentia. Hæ 0,010—12 m. m. longæ, obsoletius 2—3—4loculares. Gelatina paraphysium jodo cærulescens, demum sordide cærulea (non rubens), qvalis in specimine Körberiano; coloratio ascorum non visa (in Silesiaco rubens). Hac reactione nec non characteribus externis ab *A. astroidea*, *qvalis* in *hoc agro* occurrit, distincta; in hac nempe gelatina rubet sine præcedente cærulescentia.

156. ARTHONIA EXCENTRICA, *Th. Fr.*

Hab. nov. civ Flor. arct. Scandinaviæ in *Maalselven* ad radicem alpium *Istinderne*, ibi supra terminum Betulæ nec non in *Varangria boreali* ad *Jakobselv.*

157. ARTHONIA PATELLULATA, *Nyl.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Maalselven* prope *Moen;* in *Skjervö* ad partem mediam & superiorem convallis *Reisendal;* in *Varangria meridionali* prope *Klostervand;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* passim copiosissime, ibi unacum aliis lichenibus (parcioribus) truncos Populetorum omnino albos efficiens; nec non juxta partem interiorem fluminis *Tanaelv* frequentius.

158. XYLOGRAPHA PARALLELA *(Ach.)*

Hab. qvoqve ex. gr. in *Gildeskaal* ad *Indyr;* in *Vesteraalia* ad *Hadselö;* in *Maalselven* passim; in insula *Tromsö* ad sepes frequenter; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* passim. Ad juniperos sæpe occurrens, præcipue tamen ad ligna Pini copiosa & pulchrius evoluta.

159. AGYRIUM RUFUM *(Pers.)*

Hab. qvoqve ex. gr. in *Bejeren* ad *Solö*; in *Gildeskaal* ad *Indyr;* in *Maalselven* passim; in insula *Tromsö* ad sepes copiosissime & optime evolutum; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv.*

## CONIOCARPI.

160. TRACHYLIA TIGILLARIS *(Pers.)*

Hab. qvoqve in *Maalselven* ex. gr. ad *Moen;* in *Alten* prope *Bossekop*, ad *Nallovarmoen*, ad *Eibydal* & alibi; præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ad ramos Pinorum emortuos frequenter, ibi sæpe ecrustacea v. subecrustacea.

161. TRACHYLIA TYMPANELLA, *Ach.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Alten* supra ramos sceleti Pini ad latera jugi prope *Melladal*, ibi latit. bor. attingens 70°.

162. CALICIUM HYPERELLUM, *Ach.*

Hab. qvoqve in *Maalselven* ad *Moen*, ad *Bakkehoug*, ad *Bjerkeng*, ad partem inferiorem convallis *Bardu.*

163. CALICIUM TRACHELINUM, *Ach.*

Hab. qvoqve in *Maalselven* ex. gr. ad *Tagelvdal*, in *Bardu* interiore ad *Karlstad.*

164. CALICIUM TRABINELLUM, *Ach.*

Hab. qvoqve in *Maalselven* ex. gr. ad *Bjerkeng*, ad *Nordmoen;* in *Alten* prope *Bossekop*, ad *Eibydal*, ibi latit. bor. attingens fere 70°; nec non in *Varangria meridionali* prope *Evenæs*.

165. CALICIUM PUSILLUM, *Ach.*

Hab. qvoqve in insula *Tromsö*.

166. CALICIUM BYSSACEUM, *Fr.*

Hab. qvoqve in insula *Tromsö*.

167. CONIOCYBE FURFURACEA *(L.)*

Hab. qvoqve in *Maalselven* ad latera jugi supra *Iselvmo* parce visa (68° 54—58).

168. CONIOCYBE CONIOPHÆA, *n. sp.*

*Coniocybæ albæ* similis, ab ea distincta *excipulo* unacum stipitibus juvenilibus cinnamomee v. ochracee pruinoso· *Thallus* (si proprius?) cinereus v. albicans subobsoletus. *Stipites* vix 2 m. m. superantes, demum obscure fusci, interdum angulosi. *Massa sporalis* rufidule ochracea. *Sporæ* globosæ hyalinæ 0, 003—5 m. m. latæ.

Hab. in *Maalselven* ad truncum Betulæ vestustæ prope *Finkrogen* convallis *Bardu*.

## PYRENOCARPI.

169. DERMATOCARPON RUFESCENS *(Ach.)*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr;* in *Throndenæs* ad *Seljestad;* in *Maalselven* ad *Istinderne*.

170. NORMANDINA LÆTE-VIRENS *(Turn.)*

Hab. qvoqve in *Vesteraalia* ad *Hadselö*; in *Sör-Reisen* ad *Bakkejord;* in *Maalselven* ad *Moen*, ad *Divimo*, ad radicem alpium *Istinderne;* prope *Tromsö* ad alpem *Flöifjeld;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* ad alpem *Dafteroavve* prope terminum Betulæ.

171. DACAMPIA HOOKERI *(Borr.)*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ & Scandinaviæ optime evoluta in *Bejeren* ad *Meraftenklumpen* (c. 66° 59); in *Salangdal* ad alpes supra *Lund* & *Holtet;* in *Sör-Reisen* ad alpem *Middagsfjeld*, ibi latit. bor. attingens c. 69°—4, his locis omnibus supra terminum Betulæ nascens, interdum qvoqve supra terminum Salicum majorum, semper ad solum calcareum. Nulla ratione a speciminibus Europæ australioris differt.

*Lichenologis* Scandinaviæ, lichenes desideratos in vicem præbituris, hunc & alios libenter offero.

172. PERTUSARIA BRYONTHA (*Ach.*)

Hab. qvoqve in *Maalselven* ad alpem *Aglapen*.

173. PERTUSARIA COMMUNIS, *DC.*

β. ARCOLATA (*Clem.*)

Hab. *forma primaria*, nov. civ. Flor. articæ, in *Gildeskaal* ad Betulam vetustam putrescentem prope *prædium pastoris*, ibi latit. bor. attingens 67° 3—4. Qvoad partes externas optime evoluta; sporæ tamen raræ, tum usque ad 0,135 m. m. longæ. *Varietas* v. subspecies, antehac tantummodo in Saltdalen lecta, occurrit in *Gildeskaal prope Skovvold*.

174. PERTUSARIA DACTYLINA (*Ach.*) *Nyl.*

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Bejeren* ad alpes prope *Arstaddal*; in *Sör-Reisen ad Middagsfjeld; in Maalselven* ad *Istinderne*, his locis supra terminum Betulæ; dein in *Finmarkia orientali* ad *Kjöllefjord*, ad *Jakobselv* Varangriæ borealis (f. dubia, forsitan huc non pertinens). Omnibus locis fructifera lecta, apotheciis interdum sublecanorinis, disco ut in P. bryontha colorata, frequentius qvasi operculo thallino adnato eo modo tecto, ut sulcus lividus orbicularis inter hoc & marginem apothecii ut solum vestigium ejus (disci) remaneat. In pluribus speciminibus asci usque ad 0,15 m. m. longi observati, sporæ maturæ nunqvam.

175. PERTUSARIA LEIOPLACA (*Ach.*) β LÆVIGATA, *Th. Fries*.

Hab. *forma primaria*, nov. civ. Flor. art. Scandinaviæ, in *Gildeskaal* ad *Skovvold* (ad Populum; crusta alba); in *Bejeren* prope *Heminghyt* (ad Salicem nigricantem); in *Salangen* ad *Elvevold*; in *Sör-Reisen* ad *Tömmervand*, locis ultimis ad Salicem pentandriam, ultimo latit. bor. attingens 69° 11—12.

Thallus præcipue ad verrucas hydrato kalico lutescit. Magnitudo sporarum in eodem apothecio a 0,045 m. m. v infra inde ad 0,090 m. m. longitudine variat. Sporæ nunc 4næ nunc 6næ v. 5næ, numqvam, ut videtur, 8næ, sæpe in eodem asco 2—3 minores, 1—2—3 majores.

*Forma lævigata*, antehac tantummodo e Saltdalen indicata, hab. qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand* ad Prunum Padum (forma ad primariam nimis vergens, verrucis elevatis, sporis 6nis v. 7nis raro 8nis c. 0,045 m. m. longis); porro

alnicola in *Salangdal* inter *Krogen* & *Forset* (eximia); in *Maalselven* per majorem partem convallis freqventer copiose ex. gr. ad *Moen*, ad *Bakkehoug*, ad *Nordmoen*, ad *Bjerkeng*, immo ad convallem *Dividal* interiorem. In hoc tractu latit. bor. attingit 69° 8—9.

Thallus hydrato kalico lutescit, demum intensius. Sporæ minime semper 8næ, qvoqve 7næ, 6næ, numqvam, qvantum observavi 4næ. Qvoad numerationem sporarum, asci iis minus maturis gandentes soli respiciendi sunt. Facilius & certius, ut credo, numerandum est, cum segmentum apothecii crassitudine commoda exsectum tincturâ jodi imbuatur *ante* pressionem inter vitra, qvippe asci tum multo tenaciores fiunt. Differentiæ inter varietatem & formam primariam a verrucis & partibus externis sumtæ nullo modo valent, sæpe contrariæ, ut magna copia speciminum ad differentes species arborum lectarum docet.

176. PERTUSARIA SOMMERFELTII (*Flk.*)

Hab., antehac e Nordlandia Saltensi & Jarfjorden indicata, qvoqve in *Bejeren* supra *Muldjord*, ibi ad Juniperos & eximia ad truncos & ramos Pini; in *Gildeskaal* ad *Indyr* (ad Juniperos), ad *Skovvold*, ibi ad Populum. Hydrato kalico leviter v. obsoletius fuscescit v. lutescit præcipue ad ostiola verrucarum juvenilium.

177. PERTUSARIA ANGUSTICOLLIS, *Anzi.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Bejeren* ad radicem denudatam Betulæ prope *Solövand.* Differt noster a lichene Bormiensi crusta, præcipue verrucis parcius albis, his simplicioribus sæpe 1-ostiolatis (f. *candidula*). Sporæ 0,027—30 m. m. longæ. Species ab omni *P.* Sommerfeltii primo obtutu dignota figuratione verrucarum depresse globosarum, basi angustiore sessilium, ostiolo semper impresso brunneo-nigro, hydrato kalico circumcirca primam citrine lutescente, demum fulvescente v. rufescente, thallo cetero (præcipue in f. arctica) citrine lutescente.

178. PERTUSARIA (?) PHLYCTIDEA, *n. sp.*

P. (Lecanoræ) protuberanti (Smf.) similis, forsitan hujus varietas. *Crusta* cinerea (demum qvidem non hypophloeodes), tenuis, passim rimulosa, hydrato kalico sordide lutescens. *Velum* verrucæ præcocis rumpens ut margo thallinus dilaceratus persistens. *Nucleus* discoideus mox denudatus, c 0,5 m. m. latus ægre 1 m. m. attingens, sæpe circumscissus (a

velo marginiformi separatus), planiusculus, inæqvabilis, e pallide roseo albus, ab initio farinose fatiscens. Sporæ 8næ, ellipticæ, 0,022—24 m. m. longæ, 0,012—14 m. m. latæ, late limbatæ, contento endosporii utraque extermitate truncato.

Hab. nov. forma Floræ arct. Norvegiæ in ***Maalselven*** ad Alnos prope ***Bjerkeng***.

179. PERTUSARIA GLOMERATA, *Ach.*

Hab., antehac in Saltdalen parcius a ***Sommerfelt*** lecta, qvoqve in ***Maalselven*** ad alpem ***Rostafjeld***, ibi latit. bor, attingens 68° 55. Hydrato kalico thallus primo lutescit, dein saturate rubet.

*Var. octomela*, f. primariæ omnino similis & ab ea vix inspectione externa distingvenda. Apothecia ostiolo vulgo umbonato, cinereo-nigricante, poro centrali nigro pertuso. Differt tantummodo sporis 8nis v. suboctonis, qvæ sunt ellipticæ, late limbatæ, 0,054—72 m. m. longæ, 0,015—27 m. m. latæ in ascis usque ad 0,3 m. m. v. ultra longis. Hab. in convalle Maalselven ad lignum pini putrescens prope Bjerkeng.

180. PERTUSARIA TROCHISCEA, *n. sp.*

*P. glomeratæ* & qvibusdam formis ***Aspiciliæ verrucosæ*** similis. Ab illa differt colore (in herbario) persistente niveo, verrucis vulgo minoribus, multo humilioribus, valde deplanate globosis, ad ostiolum impressiusculis, ambitu paullo angulosis, hydrato kalico ægre v. non affectis (non fulvescentibus nec demum rubentibus). Ab ***Aspicilia verrucosa*** recedit sporis 4nis, indole exactius examinata revera pertusaroidea. (P. verrucosa, Th. Fr. in herb.) Verrucæ dense stipatæ, compressione mutua sæpe omnino angulosæ, confluentes interdum 2—3 ostiolatæ. Sporæ 0,042—64 m. m. longæ, 0,024—30 m. m. latæ.

Hab. in ***Maalselven*** ad alpem ***Aglapen*** supra terminum Betulæ.

181. PERTUSARIA XANTHOSTOMA (*Smf.*)

Hab., antehac e tractu oppidi Bodø indicata, qvoqve in *Gildeskaal* copiose ad *Indyr*, ad ***Skovvold***. Præcipue ad Juniperos, rarius ad Vaccinium uliginosum, qvoqve ad muscos juxtapositos, immo parcissime ad saxum calcareum adjacens sese extendens observata.

182. VARICELLARIA MICROSTICTA, *Nyl.*

Hab. qvoqve ad ***Jakobselv*** Varangriæ borealis prope ostum rivi *Vandelv*.

183. MICROGLENA SPHINCTRINOIDES (*Nyl.*)

Hab. qvoqve in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Gumpendal* supra terminum Betulæ; in *Maalselven* ad *Istinderne*; ad *Flöifjeld* prope *Tromsö* copiosius; in *Alten* pluribus locis copiose; in *Varangria meridionali* ad *Elvenæs*; nec non ut forma *arenicola* juxta fl. *Tanaelv* ad *Storfossen*, latere *Fennico.*

*M. SPHINCTRINOIDELLA (*Nyl.*)

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ Norvegiæ, socia præcedentis, ad alpem *Flöifjeld* prope *Tromsö*, nec non in *Fennia* Finmarkiæ orientali adjacente juxta fl. *Tanaelv* ad *Storfossen.* In forma maxime typica (Tromsøensi) thallus manifestus, siccus cineree albus, humectatus viridulus, apothecia quum madida tum sicca nigra, perithecio non gelatinose translucente, humectata (recentia) ostiolo vix impresso nec manifeste umbilicato, sicca minora, collabentia, sæpe toto vertice patelliforme invaginato. In *M. sphinctrinoide* maxime typica apothecia madida (viva) fusca, perithecio gelatinose subtranslucido, ostiolo eximie umbilicato, sicco profundius impresso. Reactio jodi sæpe fere eadem in utraque specie, sc. gelatina hymenii manifeste cærulescens qvoqve in M. sphinctrinoidella, & asci in M. sphinctrinoide ad verticem macula cærulea saturatiore qvam cæteri tincti. In sphinctrinoidella Apothecia vulgo minora, sed adest f. *arenicola* M. sphinctrinoidis, cujus apothecia non majora, obsoletius umbilicata, humectata tamen perithecio fusco, gelatinose sub-translucido, sacco interiore asci jodo intensius luteo-rufescente. Præterea occurrit forma sphinctrinoidellæ, cujus apothecia sicca non tam collabuntur & invaginantur ut f. maxime typica.

184. MICROGLENA MUSCICOLA (*Ach., Nyl.*)

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in insula *Hadselö* prope *Stoknarknæs*; in *Kvæfjord* ad *Vig & Vogleren*; nec non in insula *Tromsö*, ibi latit. bor. attingens 69° 38--43. Sporæ, qvæ in hoc tractu minores (sæpe 0,036—40 m. m. longæ) qvam alibi qvoque occurrere videntur, interdum 5næ immo 8næ observatæ sunt. Character negativus reactionis jodi constans & pretiosus videtur.

185. MICROGLENA PERTUSARIELLA (*Nyl.*)

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ, ante me a cl° *Th. Fries* alibi agri lecta, qvoqve in *Maalselven* (ad paginam interiorem epidermidis revolutæ Betulæ) prope *Bjerkeng.*

Differt a descriptione *Nylanderi* ostiolo vix obscuro (nisi accidentaliter), sporis sæpius 4nis v. 6nis, tamen huc pertinens secundum sententiam *Th. Friesii* in litt.

186. SEGESTRELLA LECTISSIMA, *Fr.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Gildeskaal* ad lapidosa & rupes chaoticas supra *prædium pastoris*, ibi latit. bor. attingens 66° 59. Sporæ 0,018–24 m. m. longæ. Gelatina hymenii jodo non tincta, contentum ascorum flavescens.

187. SEGESTRELLA (*Thelidium*) PHÆOBÆA, *n. sp.*

*Crusta* qvalis in præcedente, colore tantum saturatiore. *Apothecia* basi innata, parvula, 0,12 v. ultra lata, fusca v. nigricantia, depresse hemisphærica, ostiolo simplice (non impresso nec manifeste pertuso), perithecio dimidiato. *Paraphyses* non bene distinctæ, massam grumulosam constituentes. *Sporæ* in ascis ventricosis v. subpyriformibus 8næ, cuneato-oblongæ, 0,016–27 m. m. longæ, 0,06–8 m. m. latæ, typice 4–6-loculares, ad septum medium solum paullo constrictæ, maturæ sæpe halone mucoso, tenui, jodo rubente & tum primum visibili. *Gelatina* hymenii jodo saturate coccinee rubens.

Hab. prope *Tromsö* ad rupes micaceo-schistosas sub fluxu maris insulæformes littori adjacentes, *Juledagene* nominatas. Qvoad genus, hæc species inter *Segestrellam* & *Thelidium* intermedia est; perithecio, habitu, affinitate naturali illi proxima, characteribus internis ad hoc accedens. Spermogonia crebra spermatiis 0,004–6 m. m. longis.

188. BELONIA RUSSULA, *Körb.*

Hab. eximius lichen, antehac ad Mortensnæs Varangriæ borealis a clo *Th. Fries* parcissime lectus, qvoqve in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris* passim copiosius (67° 3–4); in insula *Rollen* ad saxa pratensia prope *Ibbestad* (68° 47); in *Maalselven* ad radicem alpis *Aglapen* in prædio *Aglapmo* (68° 55–56); nec non ad *Jakobselv* Varangriæ borealis quum prope cataractam infimam tum prope cataractam rivi *Vandelv*, ibi latit. bor. attingens 70° 8–9. Vulgo prædiligit parietes sat perpendiculares rupium, qvi a terra & cæspite supraposito imminente sub pluvio & deliqventia nivis modice irrigantur. Species saxi, cui insidet, nunc micaceo-schistosa, nunc chloritico-argillacea, nunc arenaria. Ut videtur, centrum dispersionis ejus in Norvegia boreali qværendum est, ubi qvinque locis inter se longe distantibus jam lectus est,

nec haud dubie multis aliis locis invenietur. Lichenologis specimina impertire possum.

*Paraphyses* guttulis minimis seriatis russulis. *Sporæ* 0,074—90 m. m. longæ. *Gelatina* hymenii jodo levius cærulescens, mox sordide viridula, demum dilute fusco-violacescens.

189. THELOPSIS MELATHELIA, *Nyl.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ, antehac ad alpem Ben Lawers Scotiæ & Walkeamæki Rossiæ Onegensis lecta, in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris* (67 ° 3—4); nec non in *Kvæfjord* ad *Vig & Vogteren*, ibi latit. bor. attingens c. 68 ° 45, utroque loco supra cæspitulos muscorum ad parietes arduos rupium.

Lichen externe magis singularis (fere monstrose apparens) qvam nobilis, structura contra interna eximius habet *thallum* statu recente semper intense *russeolum* erythrogonimicum, tamen, ut in aliis, post 2—3 annos in herbario cinereo-virescentem, qvalis a cl°. *Nylander* describitur. *Gonidia* viridia chroolepidea (usque ad 0,028 m. m. v. ultra lata) in lichene recente pro majore parte flammee rufa. *Hymenium* usque ad 0,25 m. m. v. ultra altum. *Gelatina* hymenii jodo, ut in speciminibus Scoticis sed non in Rossicis secundum *N l* ,,, *r*, leviter cærulescit præcipue ad ascos juveniles, postea interdum violacescit.

Lichen hic unacum *Dacampia Hookeri*, pluribus aliis novitiis *Pyrenocarporum* infra allatis, nec non *Lopadio fusco-luteo*, Lichenoæ Nordlandiæ characterem qvendam Scoticum tribuit, analogum ei, qvo Flora vascularium Norvegiæ occidentalis australioris insignitur.

190. POLYBLASTIA TERRESTRIS, *Th. Fr.*

Hab. species eximia, antehac e Mortensnæs & Fløifjeld indicata, qvoqve in *Maalselven* ad alpem *Istinderne* supra terminum Betulæ.

191. POLYBLASTIA BRYOPHILA, *Lönr.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* inter *Lidland & Lerosen*, socia *Aspiciliæ verrucosæ;* in *Salangdal* ad alpes supra *Lund & Holtet;* in *Maalselven* ad *Rostafjeld*; in *Varangria meridionali* ad *Bugönæs.*

192. POLYBLASTIA SENDTNERI, *Krmp.*

Hab., in agro citranordcapensi antehac ad Skjærstad indicata, qvoqve in *Bejeren* prope *Solövand*; in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Salangdal* ad *Krogen*, ad alpes supra *Lund &*

*Holtet*; in *Maalselven* juxta fl. Beinelv ad alpes *Langfjeldene*. Variat *fimbriata*: thallo in plagulas parvulas, sqvamæformes, juxtapositas, ad ambitum reflexum rhizinis densis fimbriatas soluto; nec non *gregaria*: apotheciis passim dense aggregatis, sæpe confluentibus, acervulos nigros discretos constituentibus. Utraqve forma sine ullo limite in primariam transit. Differentia inter hanc speciem & præcedentem a colore sporarum sumpta non constans, sæpe contraria; color apothecii in *P. bryophila* pure niger, in *P. Sendtneri* subpruinose lividule niger secundum mea specimina characterem forsitan constantiorem præbere videtur.

193. POLYBLASTIA GELATINOSA (*Ach.*?)

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ Norvegiæ in insula *Tromsö.*

Incerto mihi, num mea species (*P. caliginosa*, m. in hb.) revera huc pertineat, descriptionem seqventem afferre liceat. *Crusta* muscos vestiens, mediocris, tenuis, e fuscidulo obscure cinerea v. nigricans. *Apothecia* crebra, interdum confluentia, c. 0,3 m. m. lata, semi-immersa, atra, opaca, perithecio globoso, tantummodo ad partem emersam carbonaceo, ostiolo impressiusculo, pertuso. *Sporæ* 8næ, obsoletius loculosæ, 0,024—36 m. m. longæ, 0,015—18 m. m. latæ, contento nebuloso. *Gelatina* jodo saturate purpurascens.

194. POLYBLASTIA INTERCEDENS, *Nyl.*

Hab., antehac e Mortensnæs & Næsseby indicata, qvoqve ad *Jakobselv* Varangriæ borealis intra stagnum intimum rivi *Vandelv* ad rupes saxi conglomerati copiose; in *Porsangria* prope ostium fluminis *Börselv* ad rupes calcareas; prope *Tromsö* ad alpem *Flöifjeld*; nec non omnino ecrustacea in *Sör-Reisen* ad cacumen ipsum alpis *Middagsfjeld*, ibi ad chrystallos granatorum a rupibus micaceo-schistosis dissolutis ortos.

195. POLYBLASTIA TYPOSTOMA, *n. sp.*

*Crusta* ochracee pallida, tenuis, cum substrato conferruminata, contigua v. paullo crassior tenuiter rimulosa. *Apothecia* majuscula, usque ad 1 m. m. lata, substrato incavata, parte dimidia v. tertia v. vertice solo emersa, atra, opaca, rugulosa, globosa v. subdifformia, ostiolo impresso, demum poro hiante pertuso, vulgo umbilico eximio ob marginem v. sulcum ambientem limitato; perithecio integro crasso, amphithecio albido, nucleo intensius carneo. *Sporæ* ellipticæ obsoletius muriformes, contento sæpe fuscidulo, 0,027—40 m.

m. longæ, 0,015—18 m. m. latæ. *Gelatina* jodo intense cærulescens, dein passim rubens, v. ab initio etiam passim rubens.

Hab. in *Bejeren* ad rupes calcareas dissolutas prope *Solövand*.

196. POLYBLASTIA (*Arthropyrenia*) FALLACISSIMA, *Stzb.*

Hab. nov. civ. Floræ Norvegiæ in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Gumpendal*, ibi ad eas Betulas nascens, qvæ ipsum terminum arborum constituunt. Apothecia sub-elliptica, perithecio fusco (non nigro). Sporæ primum 2-loculares, ad septum primarium paulo constrictæ, loculamentis inæqvalibus, pressione facile separandis, mox ob septula secundaria tenuiora murali-divisis, 0,015—18 m. m. longæ, 0,006—7 m. m. latæ. Affinitate naturali & indole primaria sporarum ad Arthropyrenias numeranda est, nisi fallor.

197. THELIDIUM SPRUCEI (*Leight.*) * GYMNOHOLUM.

Ad formam primariam characteribus plurimis accedens, sed habitu recedens. *Thallus* cervinus, intus albissimus. *Apothecia* nigra, opaca, subrugulosa, umbilico parvulo impresso, perithecio integro, nunc basi sola nunc dimidia parte immersa. *Sporæ* 0,030—40 m. m. longæ, 0,012—14 m. m. latæ. *Gelatina* jodo pulchre cærulescens, dein per virescentiam rubens. Forma forsitan *Th. incavato* revera affinior & ei subjungenda.

Hab. nov. civ. Flor. arctic. in insula *Tromsö* ad rupes calcareas.

198. THELIDIUM INCAVATUM (*Nyl.*) *Mudd.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Gildeskaal* ad rupes calcareas prope *Indyr*; nec non in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*, ibi latit. bor. attingens 69° 42—43.

199. THELIDIUM IMMERSUM, *Mudd.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Gildeskaal* ad rupes calcareas prope *prædium pastoris*. Sporæ constanter 2-loculares, 0,020—24 m. m. longæ, 0,010—12 m. m. latæ. Gelatina jodo rubens.

200. THELIDIUM ZWACHII (*Hepp.*) *Körb.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in insula *Tromsö* ad rupes calcareas dissolutas prope *Sandnæs*, ibi latit. bor. attingens 69° 40—42.

201. THELIDIUM PYRENOPHORUM (*Ach. Nyl.*)

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Throndenæs* ad parie-

tes rupium septentrioni expositos, ibi latit. bor. attingens 68 ° 48—49.

*Thallus* cinereus v. dissolutus albissimus. *Sporæ* paullo breviores & proportionaliter angustiores qvam in speciminibus a rev. *Anzi* (*Sagedia Borreri*) editis, sc. 0,015—18 m. m. longæ, 0,006—7 m. m. latæ. *Gelatina* hymenii jodo sine ulla cærulescentia præcedente rubens.

202. THELIDIUM ACROGLYPTUM, *Norm.*

Occurrit ad rupem delapsam (seu saxum giganteum) ædiformem in radice jugi inter *Indyr* & *Oldervig*, ultimo loco propioris.

203. SAGEDIA KÖRBERI (*Fw.*), *Körb.*

Hab. nov. civ. Floræ arcticæ in *Gildeskaal* ad rupes micaceo-schistosas prope *prædium pastoris*, ibi latit. bor. attingens 67 ° 3—5.

204. SPORODICTYON THELEODES (*Smf.*)

Hab., antehac e locis paucioribus indicatum, qvoqve in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris*, ad *Indyr*, prope *Oldervig*; in *Throndenæs* prope *Harstadhavn*; in *Salangdal* prope *Forset*; in *Maalselven exteriore* ad *Sandnæs*, *interiore* ad *Traangen* convallis *Dividal*; in insula *Tromsö* passim; nec non in *Finmarkia orientali*, unde antehac non notatum, ad *Jakobselv* Varangriæ borealis prope ostium rivi *Vandelv*, ibi latit. bor. attingens 70 ° 8—9. Ad rupes graniticas, ut cl. Th. Fries indicat, hanc speciem hactenus non offendi, tantummodo ad calcareas immo dissolutas, micaceo-schistosas nec non arenarias.

205. STAUROTHELE UMBRINA (*Wg.*)

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ (cfr. Th. Fries L. arct. p. 270) ex. gr. in *Finmarkia continentali* interiore ad lapillos inundatos riparum fluminis *Karasjok* ad *Assebakte*, ad *Haldivuovde*, loco ultimo prope ostium affluentis *Jesjok* copiose.

206. VERRUCARIA NIGRESCENS, *Pers.*

Hab., antehac e Nordlandia meridionali & Mortensnæs Finmarkiæ orientalis indicata, qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*.

207. VERRUCARIA TRACHINODES, *Norm.*

Non in insula *Hadselö* ipsissima occurrit, sed in insula minima littori ejus prope *Melbo* adjacente.

208. VERRUCARIA HYDRELA, *Ach.*

Hab., antehac tantummodo e Saltdalen indicata, qvoqve in insula *Tromsö* ad saxum in pratum dejectum, ibi latit. bor. attingens 68° 39–40.

209. VERRUCARIA MURALIS (*Ach.*)

Hab., antehac e Saltdalen & Mortensnæs Varangriæ indicata, qvoqve in *Throndenæs* ad *Harstadhavn* unacum varietate *ferruginosa* Nyl., ex hoc agro non prius notata.

210. VERRUCARIA LIMITATA, *Kmph.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Throndenæs* ad saxa inundata prope cataractam intra *Harstadskaret*, ibi latit. bor. attingens 68° 48–49. Sporæ c. 0,030 m. m. longæ, 0,012–15 m. m. latæ.

211. VERRUCARIA DUFOUREI, *DC.*

Hab. nov. & inopinata civis Floræ arcticæ in *Salangdal* Nordlandiæ ad alpes supra *Holtet*, ibi, socia *V. plumbeæ*, elevatius supra terminum Betulæ nascens, latit. bor. attingens c. 98° 37.

*Apothecia* paullo minora qvam in speciminibus ex Europa meridionali. *Sporæ* longitudinem 0,011 vix superantes, itaqve tantum minores speciminum australium æqvantes. Cæterum specimina arctica hisce omnino identica; nec ulla ratione distingvenda a speciminibus ex *Europa media magis boreali* ex. gr. ab eo, qvod cl. *Malbranche* (Lich. Normand. No. 97) distribuit. Colore thalli, apotheciis magis emersis, habitu toto, modo habitandi magis qvam characteribus definitis a præcedente differt.

212. VERRUCARIA PLUMBEA, *Ach.*

Hab. nov. civ. Floræ arcticæ in *Throndenæs* ad rupes sublittorales prope *Harstad*, ibi latit. bor. attingens 68° 48–49; in *Salangdal* ad alpes prope *Lund & Moholtet* loco altius supra terminum Betulæ elevato copiosior & melius evoluta (68° 37).

213. VERRUCARIA FOVEOLATA, *Mass.*

Hab., antehac e Saltdalen & Mortensnæs Varangriæ indicata, qvoqve in *Gildeskaal* ad *Dal*; in *Throndenæs* ad *Hardstadhavn*; nec non in insula *Tromsö* loco suo copiose, (ibi qvoqve f. *lepadicola*, *Smf.*)

214. VERRUCARIA XYLOXENA, *Norm.*

Occurrit ad extremitates trabium, e qvibus ponticuli fossarum in viis Tromsøensibus constructi sunt, qvæ trabes

pulvere calcareo & argillaceo viarum conspurcantur. Hac re fit, ut lichen, etsi lignicolus, substantiis anorganicis copiosis fruatur, nec ratione chemica tam absolute organicolus sit, ut opinari facit.

215. VERRUCARIA CONDUCTRIX, *Norm.*

Apothecia speciei parasiticæ semel lectæ nec denuo repertæ recentia nitidula in herbario opaciora fiunt.

216. THROMBIUM EPIGÆUM (*Pers.*)

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in ***Sör-Reisen*** ad *Lyshoug* convallis ***Skoelvdal;*** in ***Maalselven*** ad ***Moen*** & alibi prope viam; nec non in insula ***Tromsö*** passim copiose (anno 1867 qvidem), ibi latit. bor. attingens 69 ° 40 – 43.

Observandum est, hunc lichenem ut qvoqve *Lecideam geophanam* in hoc tractu qvidem per paucos annos tantum vigere (bi-triennes), dein a vegetatione alia vulgo muscosa sæpe expelli & opprimi. Ubi terra constructione viarum, erutione fossarum, demolitione propter fluxum fluminum denudatur, hi lichenes post tempus qvoddam brevius apparent, sæpe copiosi, plagas vastas mere vestientes. Vegetatio autem alterat. Lichenes majores & præcipue musci loca eadem occupant & tam dense tegunt, ut vestigium primi coloni vix detegi possit.

217. ARTHROPYRENIA FUMAGO (*Walr.*)

Hab. qvoqve eximie evoluta ad Alnos in isthmo *Kvæfjordeidet* Nordlandiæ.

* A. RHYPONTA (*Ach.*) *Körb.*

Hab. nov. forma Flor. arct. Norvegiæ in ***Maalselven*** ad ***Bakkehoug;*** in *Tanafjord* ad ***Store-Lerpollen***, utroque loco ad Salices, ultimo latit. bor. attingens 70 ° 26.

218. * A. FALLAX (*Nyl.*) qvoqve in hoc agro lecta est.

219. LEPTORHAPHIS ALBISSIMA (*Ach. Nyl.*)

Hab., antehac e Nordlandia meridionali & Nyborg Finmarkiæ orientalis indicata, qvoqve in *Vesteraalia* ad insulam *Hadselö* (*Stokmarknæs*). Verisimiliter in hoc agro Arthropyreniâ Betulæ & seqvente specie rarior est.

220. LEPTORHAPHIS TREMULÆ, ***Körb.***

Hab., antehac e Saltdalen & Polmak indicata, qvoqve in ***Bejeren*** prope ***Heminghyt;*** in ***Gildeskaal*** ad ***prædium pastoris;*** in tractu littorali exteriore ad ***Hadselö*** Vesteraaliæ; in ***Salangdal*** ad ***Forset;*** in ***Maalselven*** ud ***Moen,*** ad ***Rub-***

*ben* partis intimæ convallis *Bardu;* in *Balsfjord* ad *Myre;* in *Skjervö* ad partem mediam convallis *Reisendal*; in *Varangria meridionali* juxta fl. *Pasvigelv;* præterea in *Finmarkia continentali* interiore juxta fl. *Karasjok* freqventer ex. gr. ad *Haldivuovde*, ad *Assebakte.*

221. MICROTHELIA MICULA (*Fw.*)

Hab., antehac in Tanen a *Th. Fries* parce lecta, qvoqve in *Maalselven* passim ex. gr. ad *Bakkehoug;* in *Salangdal* ad *Krogen*, ad *Forset*, his locis omnibus ad Alnos præcipue ad eas, qvæ fluxu fluminum inundantur & sedimento terreno conspurcantur. Specimina legi, ubi apothecia hujus speciei per crustam *Pertusariæ leioplacæ* crebre erumpunt, speciem Endococci simulantes, & tum, qvod consideratione dignum videtur, gelatinam hymenii jodo sæpius etsi levissime cærulescentem offerunt. In nostris speciminibus paraphyses sat distinctæ haud raro obveniunt. Sporæ 0,015—18 m. m. longæ. Qvoad observationem & conjecturam ei fundatam cl[i] *Körber* de dehiscentia apotheciorum, notare liceat, apothecia in hoc agro freqventer poro manifesto immo hiante dehiscere.

222. MICROTHELIA BETULINA (*Lahm.*)

*Forma populicola. Thallus* macula hypophloeode alba manifesta notatus. *Apothecia* hemisphærica, ostiolo demum impressiusculo tenuiter pertuso, usque ad 0,28 lata, aureola nulla v. obsoletiore cincta. *Paraphyses* ramosæ magis minusve distinctæ. *Sporæ* 5næ—8næ, 0,009—13 m. m. longæ, loculamentis vulgo æqvalibus.

Hab. nov. civ. Flor. arct. Norvegiæ in *Gildeskaal* ad Populos prope *Skovvold.*

223. MICROTHELIA ATRAMENTEA, *Norm.*

Prædiligit schistos a rupibus solutos ad loca paullo umbrosa (a Betulis fruticulosis inumbrata). Loco indicato copiosa est. Forsitan varietas *M. scopulariæ Nyl.*, cujus specimen non observare licuit.

224. ENDOCOCCUS PYGMÆUS (*Körb.*)

Hab., antehac e Finmarkia orientali ut frequens sine locis specialibus indicatus, qvoqve in *Throndenæs* ad *Seljestad;* in *Salangdal* ad alpes prope *Lund*; in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Gumpendal;* in insula *Tromsö* supra Lecideas & Placodium albescens passim frequens; ad *Havösund* Finmarkiæ occidentalis; ad *Jakobselv* Varangriæ borealis.

*Forma heterospora. Apothecia* magnitudine f. prima-

riæ, ad partem tertiam v. dimidiam v. fere tota denudata, ostiolo sæpe impressiusculo. *Sporæ* numerosæ & qvoad formam & qvoad magnitudinem in eodem apothecio variabiles, 0,004—6—7 immo 0,010 m. m. longæ, nunc ellipticæ v. fusiformes v. dacryoideæ, nunc subglobosæ, raro omnino difformes, septo tenui biloculares v. frequenter simplices, vulgo dilutius fuscæ. *Gelatina* jodo primum lutescens, mox rubens. Hab. in *Gildeskaal* ad *Indyr* supra crustam sterilem albam (vix propriam, verisimiliter ad *Rhizocarpon albo-atrum β. margaritaceum* pertinentem). Qvod hæc forma de usu cautiore minutiarum formæ sporarum ratione systematica admoneat, huc non pertinet.

* E. VENTOSICOLUS, *Mudd.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris*; in insula *Tromsö* prope *Sandnæs*. Vix specie differt ab E. pygmæo, qvalis in hoc agro evadit. In speciminibus parce lectis sporæ sæpe non majores qvam in E. pygmæo; color earum saturatius brunneus interdum qvoqve in hoc observatur, sed differt non tantummodo ascis submaturis obovato-clavatis, sed præcipue gelatina hymenii jodo cærulescente.

225. ENDOCOCCUS GEMMIFER (*Tayl.*)

Hab., antehac e Finmarkia orientali indicatus, qvoqve in *Gildeskaal* ad *prædium pastoris*; in *Throndenæs* ad *Harstadhavn*; in insula *Tromsö*; in *Varangria boreali* ad *Jakobselv*.

226. ENDOCOCCUS CALCARICOLUS (Mudd.)

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Gildeskaal* ad *Indyr* copiose; in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn*, ibi latit. bor. attingens 68° 48—49.

227. ENDOCOCCUS COCCISPORUS, *n. sp.*

*Thallus* nullus. *Apothecia* vulgo crebra, summo vertice solo v. vix magis qvam tertia parte emersa, 0,11—20 m. m. v. paullo ultra lata, atra, perithecio integro globoso, vertice applanato, ostiolo sub microscopio manifeste pertuso (poro 0,020—24 m. m. lato). *Sporæ* 8næ, typice late ovales, qvadriloculares, loculamento vulgo unico, nunc intermedio nunc terminali, longitudinaliter uniseptato haud raro submurales, 0,06—8 m. m. longæ, 0,04—5 m. m. v. paullo ultra latæ. *Gelatina* hymenii per flavescentiam sordidule rubens.

Hab. parasitans in *Pyrenopside hæmalea terricola* in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Östgaard* convallis *Gumpendal.*

Sporæ loculamenta terminalia intermediis vulgo breviora, immo brevissima ægre distingvenda. Septa linea latiore obscura notata.

## COLLEMACEI.

228. COLLEMA QVADRATUM, *Lahm.*

Hab. in insula *Tromsö* ad Salices.

229. LEPTOGIUM SATURNINUM (*Dicks.*)

Hab. qvoqve in insula *Rollen* ad *Ibbestad*; in *Maalselven* ad *Bangen* convallis *Bardu*, ad *Moen*, ad *Bjerkeng*, ibi fructificans latit. bor. attingens 68° 54—55. Sporæ maturæ non visæ.

230. SYNALISSA SYMPHOREA (*D C.*)

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Gildeskaal* ad rupes calcareas sublittorales prope *Indyr*, sæpe socia *Thalloidimatis rimulosi*, qvod interdum in ipso thallo Synalissæ nascitur. Ad rupes ejusdem tractus *Psora lurida* copiosior qvam alibi agri visa.

231. PYRENOPSIS GRANATINA (*Smf.*)

Hab. qvoqve remotius a littorali locis supra mare altius elevatis ex. gr. in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Östgaard* convallis *Gumpendal* elevatius supra terminum Betulæ; in *Maalselven* ad latera alpis *Rostafjeld*, ibi qvoqve in regione humiliore ad *Divimo*, ad *Moen*. In tractu littorali qvoqve ad insulam *Tromsö*.

232. PYRENOPSIS HÆMALEA (*Smf.*)

Hab. lichen rarus, antehac e Saltdalen & Hammerfest indicatus, qvoqve in insula *Hadselö* supra *Melbo*; nec non ut f. *terricola* disco apothecii pallidiore in *Sör-Reisen* ad alpes prope *Gumpendal* in vicinia termini Betulæ.

233. PYRENOPSIS HÆMATOPIS (*Smf.*)

Hab., antehac in Saltdalen a *Sommerfelt* lecta, qvoqve in *Salangdal* ad alpes prope *Lund* (latit. bor. c. 68° 37).

234 PHYLLISCUM ENDOCARPEOIDES, *Nyl.*

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Indyr*; in *Bejeren* interiore supra *Heminghyt*; in *Maalselven* prope ostium fluminis; nec non in insula *Tromsö*.

235. LICHINA CONFINIS (*Müll.*)

Hab. qvoqve in *Gildeskaal* ad *Dal;* prope ostium fluminis *Maalselven*; in insula *Tromsö* suo loco copiose.

## PSEUDOLICHENES.

236. SCUTULA KREMPELHÜBERI, *Körb.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Throndenæs* ad tractum prædii *Harstadhavn* supra thallum *Solorinæ saccatæ*. Apothecia usque ad 0,45 m. m. lata. Sporæ 0,017—19 m. m. longæ. Gelatina hymenii post cærulescentiam levissimam rubens.

237. ABROTHALLUS SMITHII, *Tul.*

Hab., antehac in Saltdalen a Sommerfelt lectus, qvoqve in Maalselven interiore ad Bjerkeng (supra thallum Parmeliæ saxatilis), ibi latit. bor. attingens 68° 54—55.

238. CELIDIUM STICTARUM, *Tul.*

Hab. qvoqve in *Ofoten* ad *Evenæs*; in *Maalselven* ad Tagelvdal, ibi ut *var. nephromea,* in pagina superiore thalli *Nephromatis lævigati* parasitans, bullas patelliformes sat regulares 1—2 m. m. latas efficiens, minutiis paucis exterioris & interioris a primaria paullo recedens, ut parasitum nutricem insolitam infestantem decet.

239. NESOLECHIA PUNCTUM, *Mass.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Maalselven* supra thallum Cladoniæ, nulla ratione a specimine Massalongiano differens.

240. LECIOGRAPHA PARASITICA, *Mass.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Gildeskaal* ad *Indyr* supra thallum *Dermatocarpi miniati*. *Apothecia* numerosa in accervulos usque ad 3 m. m. v. ultra latos dense conglomerata, sæpe confluentia, demum interdum in pulvinulos cerebriformes luxuriantia. Margo apothecii sæpe elevatior & hypothecium crassius qvam in specimine Massalongiano, cui similis est qvoad characteres interiores. *Sporæ*, ut in hoc, 0,015—16 m. m. longæ, c. 0,005 m. m. latæ. *Gelatina* hymenii jodo saturatius fusco-rubens.

241. POLYCOCCUM SAUTERI, *Körb.*

Hab. nov. civ. Flor. arcticæ in *Lapponia Fennica* juxta fl. *Tanaelv* prope *Storfossen,* loco paullo supra mare elevato, infra terminum Pini sito.

Ibi occurrit ut forma *margarodes*: cephalodia vulgo

tota Stereocauli alpini, tum tumentia & albescentia (in herbario cinerascentia v. fuscescentia) occupans, apotheciis dense juxta positis immersis, tantum vertice denudatis. Qvoad characteres internos non a primaria recedit, qvæ ipsa in hoc agro qvoqve occurrit, si ab inspectione externa judicare liceat.

---

## EXPLICATIO FIGURARUM.

Fig. 1. ($^1/_1$).
— 2. ($^1/_1$). E nodo radicali secundario (n. r. s.) tres proembryones rameæ („Zweigvorkeim" Pringsh.)
— 3. Individuum juvenile ($^6/_1$); a. p. = apex proembryonalis.
— 4. Folium ($^{40}/_1$).
— 5. Pars superior sporophyæ junioris ($^{140}/_1$); c = coronula, 10-cellularis.
— 6. Sporophyas submaturus, coronula amissa ($^{64}/_1$).




Throndhjem.

Tolypella Normaniana.
(Nov. spec. O. Ndt.)

Schult Lith.

VIDENSKABERS SELSKABS BIBLIOTEK
P:60:1
S:4